A

Yndice

ANGELICO DOCTO- ri D. Thomæ.

VENIO ad Theologiæ Summæ meditamentum securiori tutelæ fælicioribus conatibus, placidiori sorti committere exoptato ambiens, solito affectu gratitudinis pignus soluere studens, ne dicam testimonium arctioris tituli palam agnoscens, venio: ergo ad te, ô Thoma Ecclesiæ magister, arcanorum divinorum ditatissime thesaure, quo & si contenta sapientiæ Cælestia mysteria, neutiquam constagnata, sed liberrime Scholis exhibita, in te luminare quoddam maius in firmamento spirituali agnosco, è cuius lucis limpidissimis & candidissimis radijs pulchrescit mundus, ditescunt fidelium corda, tu fons omnigenam vbertatem semper novos vitales latices reparturijs profers ex quo potus vividus, ne [illegible] ttatim sed abundè Doctrinæ Sacreæ pe[illegible]pia-tur quo enati profluì rivuli exhilarantes paradisum, aptate, *fons* iuxta illud Estheris. *In fluvium maximum, & in aquas plurimas redundans*, te forsam meritò spectat illud Genes. 2. vbi defluvijs paradisi asseritur. *Nomē vni Phi*

¶ *son-*

Ion. ipse est qui cir..ui omnem terram Euilath: vbi nasc..tur aur..m, & aurum terræ ill us optimum est, ibiq. in ven..ur delium & lapis onychinus, nec m.. iterùm vacat quòd de solo hoc fluuio loquutus Moses notet diuitias regionis, quam rigat, de aliorum regionum fructibus prorsus silet, & cur de alijs de huius regione notat divitias. Phison. idem est ac *os mutationis* sive *alterationis*, innuēs tuæ sapientiæ luce exoriente omnia mutanda è tenebricosis ignorantiæ nebulis, & convertenda in lumē cœlestis innotescētis veritatis, aptētur ab hoc iā flumine rigari omnes regiones auriferas & pretiosorum lapillorum productrices, notentur aurifera & preciosorum lapillorū productricia pignora, iam litteris iam religione iā sāguine purpurata quæ protulit Dominicana familia Iachinthi virginatis lilio candicās Alberti M. Doctrina illustris, S. Petri Martyris deco.. sanguine S. Catharinæ Senensis sanctitate ..signijs, Pij 5. Virtutibus irradians, Capreolo, Caiet. Ferrara, decora, notentur fœlices fr.. tus, quos continuo præsertim Salmātinus D. Stephani Conventus germinat. Lucerna ardens, & lucens quipp.. sanctitate præeminens, censu & animo Christianæ sapientiæ torrentem impertitur, de eius gloriosis filijs vide-

videtur pr d cere Isaias cap. 52. *Quam pulchri super montes pedes anuntiantis & prædicantis pacem* vel vt e. Hebræo legit cum cū Procopio & Eusebio Leo. Cast. *anuntiantis, & prædicantis Iesum*, quot prædicatores remotissimas & pene in accessas regiones penetrarūt de quibus Ecclesiast. 24. *penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes & illuminabo omnes sperantes in Domino*, qui Verbi divini Zelo edicendi penetrarunt prosolis Deo acquirendis animabus abditissimas terræ partes, caliginem errorum quæ antea illic dominabatur dissipantes, cæcisquè visum restituentes, quot alij Prædicatores Hispaniam nostram illuminant, quot magistri omnigena cògnitione & eruditione prediti, de quibus, ita asserere videtur Clemens Alexādrin. L. 1. *qui autem singula refert ad rectam vit is valde peritus veritatis investigator, & multi re vera consilij instar lapidis Indicis* (is Lydius) *creditur posse discernere aurum adulterium â probo, & ipsius esse is qui habet multam rerum experientiam & cognitionem ad separandum Sophisticam quidem à Philosophia, & hære ab ipsa veritate*, tales Stephani conventus magistri pro Lydijs lapidibus constituti ad discernendum aurum, iudices designati ad discernenda

nenda vera à falsis, qui non vnum solum eumque plenum, & omni mutilum amænitate triverint callem, sed qui in multiplici via versati Scholam Salmantinam pulchre sapientia exornarvnt, testetur primaria Cathedra (vt alias ommittam) continuo tramite non interrupta serie veluti hæreditarie ipsis ad scripta, testantur merita eius moderatorum, a quibus sunt Frãciscus Victoria, Sotus, Ioannes Vicẽtius, Medina, Bannez, nonnè terra Evilath, & regio aurifera, nonnè aurum terræ huius optimum Dominici religio irrigata fluvio, Angelico Aquinate: vere divitiæ eius optimæ sunt vere optimũ saurũ sapiẽtiæ eius, vere regio auri fera & pretiosorum Lapidũ I. ectissimæ genitrix, D. Thomas torrens Christianæ sapientiæ mire ex vndans, vel fluvius cælestis hanc Spiritualem Evilach. in fructus vitæ divinæ sapientiæ aquis gratè rigans, quot articuli tot miracula, quot Scolasticæ eius disciplinæ tot ad Ecclesiæ defensionem firmatæ manus tot sepes firmissimæ datæ à Deo vineæ suæ tuẽde quæ longe amãdẽt hæresum vastatrices feras, Isaiæ 9. promissum, *& vocaberis ædificator sepium avertens semitas in iniquitatum* vbi sapienter ait Procop. *materiam rursus ædificare dicitur, qui Ecclesiæ dogmata disciplinis Scolastici*

sic's, tanquam excitato muro obsepit ne eadem veluti hortum desertum, quicumque voluerit per vagentur, quot D. Thom. conclusiones tot cō struuntur sepes ne singulari feræ liceat demo liri & depascere Dei vineam; è Cherubico gradu custos paradisi terrestris delectus ante paradisum locatus iuxta placitum Aug. Ruperti, Chrisost. vt eius aditu prohiberet dæmones ne ingressi paradisum arboris vitæ fru ctum fæde decerperent, quem hominibus offarent, ipsis immortalitatem promitentes, vt hec ratione eos ad amorem & cultum suū pellicerent nec immerito e gradu Cherubico custodiæ paradisi destinatur, nam Cherub. sicut vigilantissimus & perspicavissimus, ita pro in de aptissimus vindex omni scientiæ Dei quā Adamus ambierat. D. Thom. Angelus Cherubim flameo gladio & in omnes partes versa tili veluti paradisi Ecclesiæ à Christo delectus vigilantissimus contra hæreses incursantes de corem Ecclesiæ denigrare presumentes, illumi nans Magistros Doctores illustrans. Commentaria D. Thom. in S. Scripturā cōsidera in sententiarum Magistrum, librum Contra ...tes, ad Anibaldum disputatas lectiones Methaphysicas, meditare Theologiæ summam iam in quatuor partes distributam, in ip

ſa experieris fontem illum bonorum, qui to-tum cęleſtem paradiſum Eccleſiæ replet, qui vniverſas Chriſtianas Scholas ex ſaciat, & inde redundans vniverſos ingenti ſapientiæ plenitudine ditat, de illo fluvio paradiſi Gen. 2. habetur, *Fluvius egrediebatur de loco volu-ptatis ad irrigandum paradiſum qui inde dividi-tur in quatuor capita*, en in paradiſo Eccleſiæ fluvium voluptatis egreſum ex ore agni dicen-tis. *Bene ſcripſiſti de me Thoma*, ece Summam Theologicam D. Thomæ irrigantem paradi-ſũ Eccleſiæ in quatuor capita vel in quatuor partes diviſam, vt vniverſam terram ſanctam Dei varijs habitudinibus fęcundent, ad hære-ſens tuis ò Sanctiſsime Doctor Angelice ve-ſtigijs hanc, non meam ſed tuam Theologiæ Summam in quatuor ſimiliter partes di-ſectam lucem conſpectare ambiẽs placide intuere, tuo quippe patrocinio dicata ex voto ex debito ſoluta addicitur.

LECTORI.

THEOPHILVS Alex. epist. Pasc. 1. ait, *Cernentes à sapientia immolari tauros, & altilia iuxta Evãgelij parabolã, vescamur fortioribus plenisquè neruorum & pinguioribus Doctrinarum cibis, vt lac infantiæ deserentes, solidum capiamus alimentũ.* Ennodius L. ep. 12. *Pulchra sunt quæ scribuntur, sed ego amo plus fortia, redimita sunt floribus, sed poma plus diligo, fulvi nobilitatem metalli, nisi ad vnguẽ manus ducat artificis, maternis penè hebetatur in tenebris; & si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sub limitas quàm vena concesserit.* Itaquè in sæculo voluminum Scholasticorum feracissimo, decurrenti brevitati studens selectiora illustriora, fortiora seligens, alienum à fastidio cõvivium

offero

onero in Summam redigens amplis simas quæstiones, sex tomis comprehensas, hoc 1. habes q. Proœmialē de Visione, scientia, voluntate prę destinatione, de Thesauro Thomisticæ scolę, hæc summa profertur, cujus authoritate prędidens meam non dubito hanc obtenebrari Doctrinā, sed potius collimari & perfici, ne accusses in singulis articulis brevitatē, quippe immerito reprehenderetur aurora quod infinitis penê roris guttulis terram exhilaret, vel pluviam quod non instar stagnorū amplissimorū, sed linearū instar sese terræ exhibeat, si hæc compēdiaria elaboratio placidā fortē fuerit experta, amplissimas, Disputatas in universam Theologiā luci statim ad spiratā divina faventia & D. Thomæ tutelari protectione in publicum proferam;

QVEASTIO. I.

De Sacra Doctrina, qualis sit, & ad quæ se extendat?

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Theologia sit verè & propriè scientia?

VIDETVR Quod non (Durand. Occam. Gabriel. Valent. inquiunt Theol. nostram nō esse verè, & propriè scientiam; Vazq. quòd Theol. nostra est humana fides, aut opinio, & quòd Theol. beatorum non est scientia) de ratione scientiæ est esse notitiam evidentem conclusionis, vnde Philosophus ait. *Scire est cognoscere per causam, propter quam res est, & illius esse causam, & fieri non posse, vt res aliter se habeat.* Ita L. 1. poster. c. 2. sed notitia quæ cōparatur per discursū Theol. nō est evidēs: ergo nō est sciētia.

 Pra

Præterea; principia demonſtrationis Theologicæ nō ſunt per ſe nota, nam ſunt obſcura, neque reducibilia ab eo qui vtitur tali demonſtratione ad per ſe nota: ergo notitia concluſionis quæ per demonſtrationē Theologicam de ducitur ex his principijs non eſt ſcientifica.

Præterea; diſcurſus Theologicus non eſt demonſtratio, non enim convincit intellectū ad aſſentiendum: ergo aſſenſus per illum habitus, non eſt ſciētia.

Præterea, ſcientia eſt de vniverſalibus, & neceſſarijs, vt ait Ariſt. 6. Eth. cap. 3. ſed noſtra Theologia ſolum eſt de ſingularibus v.g. virtibus peccatis, actib. humanis &c. & etiam de ijs quæ dependent ex libera voluntate, vt de Incarnatione, creatione, iuſtificatione: ergo.

Præterea; Theologia noſtra eſt fides, 1. quia aſſenſus concluſionis Theologicæ habet pro ratione formali ſub qua lumen fidei, aut revelationem obſcuram. 2. quia negare concluſionem Theologicam deductam per evidentem conſequentiam ex duab. præmiſſis de fide, vel ex vna præmiſſa de fide, & alia cognita lumine naturali eſt hæreſis, quare ipſa concluſio eſt de fide, hæreſis enim immediate

mediate fidei contrariatur, 3. assensus Theologicus est supernaturalis, qui non est scientiæ infusæ; nec prophetiæ, nec donorũ Spiritus sancti, ac pro inde est assensus fidei, 4. in Theologia nostra non fit resulutio ad principia per se nota, 5. scientia, & fides non possunt esse simul de eadem propositione, Theologia autẽ potest stare cum fide: ergo Theologia non est scientia.

Sed contra est illud 1. Corinth. 13. *Sive linguæ cessabunt siue prophetiæ evacuabuntur, siue scientia destruetur*, vbi nomine scientiæ videtur intelligere quamlibet cognitionem obscuram, quæ saltem vt obscura evacuabitur, & Malach. 2. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam*. Ierem 3. *Pascent vos scientia, & Doctrina*. Oseç 4. *Quia tu repulisti scientiam : ego repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi*, 1. Corinth. 1. *non in omnibus est scientia*, scientiam, eam appellat, Aug. 14. de Trinat. Ambros. Luc. 1. D. Thom. 1. par. q. 1. art. 2. quem sequuntur Caiet. Bañez, Zumel, Gonçalez, Navarrete, Nazarius, & alij plures.

Respondeo dicendum, Theologiam nostram esse vere, & proprie scientiam, ad huius intelligentiam considerandum, nomine Theologiæ intelligi habitum vel actum qui in

in nobis est causatus ex principis revelatis à Deo per evidentem consequentiam, vel saltem ex vno principio revelato, & altero cognito lumine naturali, item considerandum nomine propriæ scientiæ intelligi scientiā strictè sumptam, prout dividitur contra alios habitus intellectuales, intellectum prudentiam, artem, fidem, opinionem, item considerandū quòd Theologia habet duplicem statum, nēpe prout est in nobis viatoribus, dependens saltem per accidens ratione conditionis subiecti ex principijs revelatis à Deo obscure, & prout est in beatis dependens ex eisdem principijs clare visis, in beatis est verè, & proprie scientia, primò, quià in beatis Theologia est assensus certus, & evidens conclusionum cognitarum ex principijs evidenter notis. Præterea, quià beati per Theologiam congnoscunt conclusiones quas nos in via cogoscimus certo, evidenter, nam cognitio illarum, est perfectio, & ideo in beatis ponenda, præterea beati habent scientiam beatam causatam, ex lumine gloriæ, & essentia divina vnita inratione speciei intelligibilis, habent etiam scientias suo genere acquisitas, habent etiam scientiam per se inditam, sive infusam, illa scienti.. per se indita per quam cognoscunt mysteria

gratiæ

gratiæ, ipsam autem essentiam Dei clare, & in se non cognoscũt est verè, & proprie scientia Theol. quià sciẽtia per se indita est de Deo, non clare viso in se per illam met scientiam sed per beatam quæ est principium illius, & hæc indita non est habitus primorum principiorũ immediate per illam cognitorum, nam supponit 1. principia cognita per scientiam beatam, neque est primò, & per se prudentia, quià primo, & per se est cognitio speculativa, nõ est ars nec sapientia vt distinguitur à sciẽtia, quià non attingit 1. principia in se, & à priori, quare est scientia Theologia prout est in nobis viatoribus est proprie scientia, quià assensus Theologicus qui est in nobis viatoribus per discursum est verus, & certus procedens à principijs veris, & certis per evidentem consequentiam: hic autem assensus est omnino certus superans in certitudine, omnem cognitionem naturalem scientificã, quià ratio assentiendi conclusionibus Theologicis est divina revelatio non inmmediata, sed mediata, hoc est determinata mediate ad præmissas, & virtualiter ad con-onclusionem, quæ ex eis de ducitur, & applicatio principiorum ad conclusiones fit per consequentiam, evidentem: prætere-

terea, quia Theologia nostra innititur princi pijs revelatis à Deo creditis fide divina, Theologia nostra vere, & proprie & essentialiter est sciētia sub alternata respectu sciētiæ Dei, & beatorum, nam ad veram, & propriam sub alternationem sufficit quòd sciētia inferior accipiat sua principia à superiori scientia, & ad illam resolvat suas conclusiones, hoc autem competit Theologiæ nostræ respectu scientiæ Dei, & beatorum, quia colligitur ex principijs fidei quæ lumine beatifico evidēter cognoscūtur, ac proinde Theologia nostra est scientia sub alternata scientia beatorum

Ad primum: ergo dicendum, quod per se & secundum suam speciem reducitur Theologia ad principia evidentia ipsi habenti illam, nempe ad visionem beatificā ad quā ordinatur quantum est de se cognitio fidei, & ita mediante fide reducuntur conclusiones Theologicæ ad principia immediate evidentia, & sic habet evidentiam scientię sub alternatę.

Ad secundum dicendum, satis esse principia demonstrationis Theologicę esse clara & nota ei qui habet scientiam beatorum cui sub alternatur nostra Theologia,

Ad

Ad tertiũ dicẽdũ, discursũ Theologicũ cõvince re, eum, qui est bene dispositus circa principia, hoc est qui assentitur illis fide divina, & hoc satis est vt sit demonstratio.

Ad Quartum dicẽdũ, dupliciter in Theologia agi de singularib. 1. considerando vnũquodque eorum non vt singulare, sed secũdum rationem communẽ omnibus similibus vt cum consideratur mysterium Incarnationis, non determinatum ad Christum, sed secũdum rationem vnionis hominis, & Dei, & sic de illis est scientia, 2. cum consideratur vnumquodque singulare, vt singulare est, vt cum referuntur actiones gestæ ab aliquo in particulari, & ita in Theologia ad ducũtur in exemplũ, vt nobis constet de authoritate eorum virorum, per quos facta est divina revelatio in qua fundatur sacra Doctrina, Deus, licèt sit singulare est immateriale, & æternum, singularitas autem, non impedit cognitionem scientificam, sed materialitas corruptibilis, quia sciẽtia primo, & per se est de perpetuis, Theologia principaliter considerat rationes perpetuas, & incorruptibiles; an autem scientia revelata à Deo possit esse primo, & per se de aliquo singulari corruptibili? dicendum, affirmative, quia sciencia

Dei,& quæ ab illa supernaturali revelatione aut infusione exemplatur habent pro medio divinam veritatem revelantem, quæ neque fallere neque falli potest,

Ad quintum dicendum, Theologiam non esse fidem, nam fides respicit divinam revelationem immediate,& formaliter, Theologia respicit divinam revelationem mediate,& virtualiter, qui negat, conclusionem Theologicam præsumitur hæreticus, quià præsumitur negare aliquam præmissarum de fide, assensus Theologicus quantum ad substantiam, non est supernaturalis, quià causatur immediate ab habitu Theologiæ, quę non est supernaturalis sed acquisitus, tamen participat quemdammodum supernaturalitatis, vnde quantum ad aliquem modum est supernaturalis, quià mediate, & virtualiter causatur à Deo authore supernaturali,& innititur fidei supernaturali applicatæ illi assensui medio discursu naturali, in Theologia nostra fit resolutio ad principia nota habenti scientiā beatam cui sub alternatur Theologia nostra, fides non stat cum scientia evidenti, bene tamen cum Theologia, quæ in se non habet evidentiam, sed innititur revelationi virtuali, & mediate divinæ, quam revelationem imme-

diatę

diate, & formaliter respicit fides.

ARTICVLVS.II.

Verùm Theologia sit vna secundum speciem atomum?

VIDETVR Quod non (Durand. inquit Theologiam esse plures habititus) scientiæ accipiunt vnitatem specificam ex obiectis, in Theologia plura sunt obiecta, vt Deus & creatura, naturale, & supernaturale, actus humani. Angelici, & diuini: ergo.

Præterea, scientia etiam desumit suam vnitatem ex principijs, in Theologia sunt plura principia, præsertim cum ad assensum Theologicum concurrit principium naturale, & supernaturale, vna præmissa de fide, altera cognita naturali lumine: ergo.

Sed contraelt authoritas. D. Thom. (eũ sequuntur Caiet. Bañez, Zumel, Navarrete Gonçalez, Nazarius) 1. part. q. 1. art. 3. dicentis, *Sacra Doctr considerat aliqua secundum quod sunt diuinitus reuelata, omnia quæcumque sunt diuinitus revelabilia communicãt in vna ratione formali huius, scientiæ, & ideo comprehenduntur sub ea sicut sub vna scientia.*

Respondeo dicendum, Theologiam esse vnam secundum speciem, quo ad omnes suas partes; primo, quia respicit omnia vt ordinantur ad primam veritatem sub eadem ratione formali, nempe sub divina revelatione mediata, & virtuali, preterea quia eius principia sunt eiusdem speciei formaliter, etenim principia sunt articuli fidei quorum assensus pertinet ad eandem specificam virtutem fidei.

Ad Primum dicendum Theologiam non determinare de Deo, & creaturis ex æquo, sed de Deo principaliter, & de creaturis secundum quòd referũtur ad Deum vt ad principium vel finem, vnde non tollitur vnitas scientię, & illa pluralitas obiectorum solũ est, in esse rei, & materialis, vnde per hoc nõ infertur diversitas specifica in Thologia, quę habet pro obiecto formali specificativo divi

divinam revelationẽ virtualẽ, & mediatam. Quo pacto scientię habeant vnitatem, consideratio obiecti in esse rei, & in esse obiecti, distinctio rationis quę,& sub qua ratio entis, & ratio scibilis,& quod sciẽtia sumit vnitatẽ nõ ab obiecto in esse rei, sed in esse scibilis, non à ratione, quę sed à ratione sub qua, in quo consistat ratio sub qua obiecti videnda Metaphysica,& D.Tho.1.2.q.54. art. 4. in corp.& 2.2.quęst.1. artic.1. in corp. &, 1.p.quæst.1.artic.1.dicens, *diversa ratio cognoscibilis diversitatem scientiarum inducit, eandem enim conclusionem demonstrat Astrologus & naturalis, puta quod terra est rotunda, sed Astrologus per medium Mathematicũ id est à materia abstractum, naturalis per mediũ circa materiam.*

Ad secundũ dicẽdũ Theologiã quatenus inclinat ad omnes cõclusiones esse eiusdem speciei atomæ, & si vna præmissarum esset cognita lumine naturali, quia naturalis vel concurrit vt conditio vel vt elevatur ex cõiunctione ad alterã præmissam de fide, principium autem eius est eiusdem speciei.

ART-

ARTICVLVS. III.

Vtrùm Theologia sit practica, & speculativa simul.

VIDETVR Quod non, practicum & speculativum, sunt differentiæ essentialiter diversæ, respicientes diversa obiecta formaliter distincta, diversos fines, & modos procedendi diversos, finis proximus scientiæ est cōtemplatio, finis practicæ operatio, modus speculativæ resolutionis, practicæ compositionis : ergo non possunt competere eidē habitui Theologiæ.

Præterea Theologia est, scientia vna vnitate specifica, sed practicum constituit distinctam scientiam, ab ea quam constituit speculativum: ergo.

Sed contra est authoritas D.Thom. 1.p. quæst. 1. articul. 4. dicentis. *Licet scientijs Physicis alia speculativa, & alia practica. tamē sacra Doctrina comprehendit sub se vtranque*

quæ ficut Deus eadem ſcientia ſe cognoſcit, & ea quæ facit.

Reſpondeo dicendum, quod ſacra Doctrina ſumpta pro Theologia eſt ſimul formaliter eminenter ſpeculativa, quia eſt participatio ſcientię Dei, quæ eſt formaliter ſpeculativa, & practica, & attingit Deum, non ſolum conſiderando perfectiones illas quas habet in ſe, & vt conſequibilem in ratione vltimi finis. Præterea quia fides ſimpliciter eſt practica, & ſpeculativa ſimul, & vtráquè harum convenit illi formaliter eminenter, & viſio Dei habet formaliter eminenter rationē practicæ, & ſpeculativæ pariter dicendum de Theologia.

Ad primum: ergo dicendum ea quæ multipliciter dicuntur in inferioribus vnitim reperiri in ſuperioribus vt gradum vegetandi, & ſentiendi, & ratiocinandi vnitim habet eadem forma rationalis, & vnica ſpecies vniverſalis Angeli formaliter eminenter eſt ſpecies hominis, & equi, practicum, & ſpeculativum quamvis non poſint competere vni eidem habitui inferiori, bene tamen ſuperiori, habitus autem Theologię perfectus eſt ſuperior.

Ad

Ad secundum dicendum, practicum constituere diversam scientiam ab ea quam constituit speculativū in habitibus inferioribus Theol. autem est habitus superior. Assensus sus huius propositionis, Deo sunt 4. relatio est speculativus vt pat, & etiam practic. quia Deus Trinus attingitur, vt finis vltimus nostræ supernaturalis beatitudinis à quo desumitur 1. ratio agibilium, & hæc veritas Deus habet 4. relationes pertinet etiam ad rationem vltimi finis beatifici; iste assensus adulterium est peccatum mortale est practicus, vt patet, & etiam speculativus, nam error contrarius etiam solum speculativus immediate opponitur illi, respectu Dei Theologia etiam est practica, nam licet non sit à nobis operabilis, est tamen ratione finis à nobis consequibilis, & habet esse 1. regulā morum, nam vltimus finis est primum principium in moralibus.

(¶)

ART-

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm certitudo nostræ Theologiæ sit maior certitudine naturali?

VIDETVR Quod non prima principia naturaliter nota nullus negat, sed principia Theologiæ multi negát: ergo.

Præterea, principia aliarum scientiarum non admittunt dubitationem, sed ab intellectu recte disposito certissime acceptantur, sed principia Theologiæ eam admittunt: ergo.

Præterea, principia Theologiæ quantũ ad assensum certum pro hoc statu pendent à libero arbitrio: ergo.

Præterea, in hoc syllogismo, omnis homo habet voluntatem humanam, sed Christus est homo: ergo habet voluntatem humanã, conclusio non est certior maiori, & tamen est conclusio Theologica: ergo Theologia prout in nobis non est certior scientia naturali

naturali.

Sed contra est quià fides simpliter, & ex parte obiecti est certior omni cognitione naturali iuxta illud Rom.4. *Abraham contra spem credidit, nec cõsideravit corpus suũ esse n ortuũ* vbi ostenditur fidem ei contulisse maiorem, certitudinem quam illi tribueret naturalis evidentia de impotentia generativa sua, & Sara, & 2. Petri, 1. *Hanc vocem nos audivimus, habemus autem firmiorem propheticum sermonem*, idem asserunt Dionys. Basil. Nissen. Amb. P. Hier. ergo Theologia certior est omni certitudine naturali.

Respondeo dicendum, fidem simpliciter & ex parte obiecti esse certiorem naturali cognitione, & idem dicendum de Theologia quià innititur rationi, & causæ formali infallibiliori nempe, 1. Veritati revelanti, quæ superat in certitudine omnem rationem formalẽ creatá cui innituntur naturales cognitiones. Prætérea quià aliæ scientiæ certitudinẽ habẽt ex naturali lumine rationis humanæ, quæ potest errare, sacra autem Doctrina certitudinem habet ex lumine divinæ scientiæ quę non potest decipi. An autem loquendo de certitudine quo ad nos quantum ad firmitatem, & immobilitatẽ subiecti sit fides quo ad

ad nos certior omni scientiam naturali ,& habitu priucipiorum (& idem proportionabiliter dicendum de Theologia) in schola D. Thom. plures affirmativam tenent, plures negativam.

Ad primum: ergo dicendum, fideles paratos esse negare omnem evidentiam naturalē potius, quam negare principia Theologiæ, 1. principia naturaliā nullus negat quia sunt clara.

Ad 2. dicēdū, quòd illa dubitatio in deliberata solum provenit preciſſe ex intellectu nonſtro, non antem ex habitu fidei,

Ad tertium dicendum, lib. arbitrium motum à Spiritu ſancto determinare intellectum efficaciter, vnde quòd fides fit voluntaria non tollit eius certitudinem.

Ad 4. dicēdū, quòd illa concluſio , vt eſt virtualiter revelata in hac propoſitione Chriſtus eſt homo,& pertinet ad Theologiam, eſt certior omni naturali cognitione.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm Theologia sit sapientia?

VIDETVR Quòd non, sapintia continet sub se intellectum, & scientiam, sed Theologia non continet sub se scientiam, & intellectum, quia cognitio scientifica continetur in primis principijs, ac proinde ipsa non potest continere sub se principia ipsa, item quia scientia tantum est de cõclusionibus, & non de principijs, ac proinde Theologia quæ est scientia non continet sub se conclusiones, & principia.

Pręterea, sapientia proprie consistit in pura contemplatione veritatis, sed Theologia non consistit in sola contemplatione veritatis nam est etiam practica: ergo.

Præterea, quia non est sapientia naturalis, hæc enim est Metaphysica, nec revelata, nam revelata consistit in adimpletione mãdatorum Dei: ergo.

Sed contra est authoritas D. Thom. 1. part.

Par. quæst. 1. art. 6. dicentis. *Sacra Doctrina propriissime determinat de Deo secundum quòd est altissima causa, quia non solum, quantum illud, quod est per creaturas cognoscibile, sed etiam quantum ad id quòd notum est sibi soli de seipso, & alijs per revelationem communicatum, vnde Sacra Doctrina est scientia.*

Respondeo dicendum, Theologiam esse proprie sapientiam, quia tradit rationes generales, per quas aliæ scientiæ regulantur cum agat de vniversalissima causa, & fine omniũ scientiarum per lumen divinæ revelationis, & agat de altissimis, & sit certior omni cognitione naturali, & procedat per causam altissimam habens pro obiecto Deũ, qui est maximè ens, & causa totius entis creabilis, si enim Metaphysica est sapientia quia habet pro obiecto ens in vniversali ex cuius cognitione pervenitur aliquo modo ad cognitionẽ Dei, multo magis Theologia erit sapientia cuius obiectum est Deus sub lumine à Deo eminẽti, vt cognoscat de Deo, non solum quòd lumine naturali manifestatur, sed quòd notum est ipsi soli de se ipso, & alijs communicatum.

Ad primum ergo dicendum, quòd sapiẽtia, non cõdividitur cõtra scientiã ex æquo, sicut vnum genus ab altero, sed sicut specie

perfectissima vnius generis ab alijs speciebus eiusdem generis, ob suam perfectionem, & est scientia, & sapientia nostra Theologia.

Ad secundum dicendum, humanam sapientiam, ob suam limitationem præcise consistere in pura speculatione veritatis, at Theologia quia est participatio divinæ scientiæ, & quia est habitus perfectior est simul specnlativa, & practica.

Ad tertium dicendum, quòd Theologia nostra quantum ad principia ex quibus procedit est infusa à Deo, tamem quantum ad cõclusiones pendet ex nostro discursu, ad eam pertinet scripturrarũ interpretatio, & circa ea quę sunt fidei ratiocinatio.

ARTICVLVS. VI,

Vtrùm Deus sit subiectum Theologiæ sub ratione deitatis?

VIDETVR Quod non (Magist. inquit signa, id est, symbola rerum divinarum, & res significatas per illa esse

esse subiectum Theologiæ, Durand. actum meritorium, Bonav. Christum Greg. Marsil. & Albert. Deum sub ratione glorificatoris) nulla scientia probat de suo subiecto an sit, & quid sit, hęc duo supponit, sed Theologia vtrũquè probat de Deo: ergo Deus non est eius subiectum.

Præterea, si Deus sub ratione deitatis esset subiectum Theologiæ posset comprehẽdi ab ea, nã ad habitum alicuius subiecti spectat considerare quæcũquè illi conveniunt sed hoc est falsum: ergo.

Præterea si Deus sub ratione absoluta Dei esset subiectum Theologiæ, non differet à Metaphysica, nam Metaphysica considerat Deum hoc modo: ergo.

Sed contra est authoritas D. Thom. 1. part. quæst. 1. art. 7. *Illud est obiectum scientiæ de quo est sermo in scientia, sed in Theologia fit sermo de Deo, dicitur Theologia quasi sermo de Deo: ergo Deus est eius subiectum* Præterea, *sic se habet subiectum, ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam, illud autem est obiectum potentiæ sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, omnia autem, quæ hic tractantur sub ratione tractãtur, vel quia sunt Deus, vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium & finem, & ideò Deus est subiectum eius*

præterea, idem est subiectum principiorum, & scientiæ, principia autem huius scientiæ sunt articuli fidei, fides est de Deo.

Respondeo dicendum, Deum sub ratione deitatis esse obiectum quod adæquatũ Theologiæ, quia Deus sub ratione deitatis clarè visæ est subiectũ visionis beatificæ, ac proinde Deus sub ratione deitatis erit subiectũ Theologiæ, item quia cognitio Dei, potissimũ intenditur in Theologia, cæteraquè de quib. in ea agitur considerantur per attributionem ad Deum, ratio formalis sub qua constituens obiectum formale Theologiæ est revelatio virtualis, seu virtualiter revelatum, quià sicut demonstratio est medium formale à quo specificantur scientiæ naturales ita revelatio Dei virtualis est medium formale assentiendi conclusionibus Theologicis, & sicut revelatio immediata, & formalis est ratio sub qua obiecti fidei, ita revelatio virtualis est ratio sub qua Theologiæ nostræ. Signa rerum divinarum consideratur in Theologia in ordine ad Deum, & meritum intenditur, vt medium ad perfruendum Deo, Christus vt homo, consideratur in ordine ad Deũ, ratio glorificatoris, non est ratio subiecti, sed prædicati cum sit vnum ex attributis quæ

Theolo-

Theologia considerat de Deo.

Ad primum:ergo dicendum, Theologiam ex proprijs, non probare illa duo, sed supponere ex divina revelatione obscura, aliunde tamen probare aposteriori Deum esse,& vnum.

Ad secundũ, Theologiam, adequatè agere de Deo non absolute sed vt stat sub divina re velatione, vnde non cõprehendit Deũ quem attingit modo finito, & limitato.

Ad tertium dicendum, Theologiam considerare Deum sub lumine divinæ revelationis,& hoc nullatenus competere Metaphysicæ, de locis Theologicis sensibus, S. scriptura Agẽdum, 2.2. vide lib. de Benedictionibus Patriarcharum, Systemate 3. & lib de Noe & Arca, in Synop. Reip. Hebrææ, de quæst. proæmiali vidẽdus D.Thom 1.part.quæstion.1. Navarrete, Caietan. Gonçalez, Bañez, Naçar.

¶

QVAESTIO. II.

Quo modo Deus â nobis cognoſcatur.

ARTICVLVS. I.

Vtrûm intellectus creatus poſsit vìderé Deum per eſſentiam?

VIDETVR Quod non (aliqui Armeni dixerũt intellectum creatũ non poſſe videre immediate divinam eſſentiam, ſed ſolum quandam claritatem, à Deo diffuſam, ita refert Armacan.) 1. Timoth. 1. *Regi ſæculorum invisibili* capit. 2. *lucem habitat inaccesſibilem quam nullus videre poteſt.* Exod 33. *Poſteriora mea videbis faciem mã videre non poteris*. 1. Ioan. 4. *Deum nemo vidit vnquam.*

Præterea, id negant SS. Patres vt Chryſoſt. hom. 4. in Ioan. *Id quod Deus non modo Pr p' etæ non vident. ſed neque Ange'i nec Ar changeli, ſed ſi illos percon'ſtaberis ni' il abeis de Dei ſubſtantia audies ſed tantum referētes glo ria in excelſis Deo, quod ſi omnis natura crea ta eſt, quanam ratione*, increatum videri poſterit? Euthym. Theodor. Theophylat. Baſil. Epiph. Zyrill. vterque Nyſſen. P. Hier.

Prætcrea, eſſentia divina cum ſit infinita eſt extra latitudidem obiecti intellectus creati, qui finitus eſt, & nullam proportienē cum Deo habet.

Præterea; quia alias maior eſſet vnio in ſerie ſupernaturali quam vnio, hypoſtatica, nam vnio in eſſe intelligibili maior eſt quam vuio duarum naturarum in eſſe reali, quod eſt falſum: ergo.

Præterea, intellectuus creatus nō poteſt videre omne poſsibile creatū: ergo multo mi. poteſt videre Deum per eſſentiam.

Prçterea, quia alias comprehenderetur Deus, nam cum Deus ſit indiviſibilis, in diviſibile totum attingitur, Deus comprehenderetur, quod implicat.

Sed contra eſt, Mathc. 5. *Beati mnudo corde quoniam ipſi Deum videbunt* Et 18. *An-*

geli eorum semper vident faciem Patris mei Corinth. 13. *Tunc autem facie ad faciem.* Apocal. 22. videbunt *faciem eius* Ioan. 14. *Ego manifestabo ei me ipsum.* Hanc tenent Patres, vt Aug. Greg. Dionys. Fulgēt. Clem. Alex Epiph. Ignat. de finit Concil. Florent.

Respondeo dicendum, posibilem esse intellectui creato visionem claram intuitivā divinæ essentiæ, quia si nullus intellectus posset videre Deum: ergo vel suam beatitudinem, non obtinebit, vel eius beatitudo, in alio consistet quam in Deo, consequens pro 1. part, est imposibile, pro 2. alienum à fide: ergo conseq. prob. nam Deus est principium essendi creaturæ rationalis: ergo fælicitas eius consistet in coniunctione ad Deum quæ coniunctio sit per cognitionem, & amorem, nam in visione Dei consistit nostra beatitudo formalis quæ est assecutio Dei ad quam consequitur amor.

Ad primum: ergo dicendum, Deum dici invisibilem respectu visionis nostræ corporalis, vel respectu status nostri dum sumus viatores (Mosi, & Paulo ostensa divina essentia) vel quia incomprehensibilis est, vel quia essentia divina nequit per naturalia cognosci.

Ad

Ad secundum dicendum, SS. Patres, quando dicunt essentiam Dei non videri posse intelligendos esse, id est essentiam, non posse à creaturis comprehendi, Chrysost. (scripsit contra Anomæos dicentes Deum à creaturis comprehendi) visionem accipit pro comprehensione, eius mens explicanda ex hom. 4. de incomprehensibi Dei natura.

Ad tertiū dicēdū, essētiā esse intra latitudinē obiecti adæquati specificativi (nō intra latitudinem obiecti proportionati) intellectus creati, inter intellectū, cratū & Deū est proportio habitudinis, potentiæ & obiecti licet non sit proportio entitativa.

Ad quartum dicendum, maiorem esse vnionem duarum naturā in Chisto quia est vnio substantialis in vnitate divinæ personæ, vnio autem essentiæ divinæ, cum intellectu beato solum est in esse intelligibili.

Ad quintum dicendum, quòd si intellectus videret omne posibile comprehendere Deū nam videret terminum adæquatum divinæ potentiæ, ex cognitione autem essentiæ non sequitur comprehensio.

Ad sextum dicendum, quòd licet Deus sit formaliter simplex, cæterum virtualiter, & eminenter est multiplex, & sic quamvis attin

gatus

gatus totus ab intellectu creato, nō atingitur totaliter, & comprehensive.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm in intellectu creato, sit inclinatio naturalis ad visionem Dei.

VIDETVR Quod sic (Scot. Sot. Duran. affirmant ad visionem Dei, dari in nobis naturalem appetitum, & quòd visio illa potest naturaliter demonstrari) naturalis appetitus hominis solum in Deo clare viso quiescit, nec potest quiescere in re aliqua extra Deū, nam Deus est eius finis: ergo.

Præterea, quælibet res appetit naturaliter suam perfectionem, & pervenire ad suum finem, sed visio beata est perfectio hominis, & visione homo assequitur Deum: ergo.

Præterea, materia 1. naturaliter appetit formam amissam restituendam ab agente supernaturali, & cæcus visum qui solum à Deo restituendus est: ergo pariter homo appetit visionem Dei.

Sed

Sed contra est, quia illa visio est supernatu ralis ad quam ordinatur homo, ex divina gratia, & Deus clare visus est finis super excedens nostra naturam.

Respondeo dicendum, in nobis nõ esse naturalem appetitum ad visionem claram Dei, quia in homine respectu talis visionis solum, est capacitas obedientialis. Præterea, si non appetimus naturaliter auxilia divinæ gratiæ, remissionem peccatorum, perseverantiam in gratia, nec etiam uaturaliter appetimus visionem claram Dei. Præterea, quia alias Angelus comprehendens naturam, & eius naturaralem inclinationem cognosceret visionem claram Dei, in creatura rationali nõ est pondus naturæ ad illam visionem, quia pondere naturæ solum inclinatur ad suum finem naturalem, visio autem clara Dei non est finis naturalis, possibilitas huius visionis, non est naturaliter demonstrabilis, quia non potest naturaliter, cognosci proportio quę est inter Deum iu se ipso in ratione obiecti cognoscibilis, & intellectum creatum, supposita fide potest Theologia demõstrari possibilitas visionis beatæ, quia visus effe·ibus in est hom ni naturale desiderium cognoscendi causam, quare si creatura rationalis, non posset pertin

gere ad congnoſcendum, 1. cauſam remanebit inane deſiderium naturæ, quòd non eſt dicendum, vnde ex hoc deſiderio poteſt ſuppoſita fide demonſtrari poſsibilitas viſionis beatæ, probabiliter poteſt probari poſsibilitas, viſionis beatę ſolo lumine naturali ex citato per fidem ad ex cogitandum rationes naturales, ſicut ſuppoſita fide Incarnationis, ex cogitat rationes quibus explicet, non repugnare vnionem hypoſtaticā humanitatis, in creatura rationali etiam nulla præſupoſsita reuelatione ſupernaturali, ſed præciſe intra ordinem naturę, poteſt eſſe deſiderium naturale imperfectum, elicitum, conditionatum, reſpectum cognitionis claræ Dei authoris naturæ in quantum eſt 1. cauſa rerum, nam naturale eſt deſiderare cognoſcere, 1. cauſam in re ſecundum illa prædicata quę relucent in effectibus creatis ſuppoſita illuſtratione ſupernaturali de obiecto beatifico ex parte intellectus poteſt voluntas ex parte ſua habere deſiderium cōditionatum, quòd ſolet dici velleitas reſpectu beatitudinis inparticulari.

Ad primum: ergo dicendum, quòd in natura rationali ſolum eſt appetitus naturalis ad beatitudinem in communi, & inparticulari ad Deum, vt finem naturalem, non vt ſupernaturalem

naturalem.

Ad secundum, dicendum, quòd cum visio beatifica sit perfectio, non naturalis sed supernaturalis inde est, quò non sit naturalis appetitus àd ip sam.

Ad tertium dicendum, visionem beatificam esse supernaturalem quo ad modum & substantiam, eaquæ attingungtur in argumente, sunt supernaturalia quo ad modũ naturalia, quo ad substantiam, & ideò ad ea datur appetitus, non ad visionem.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm eßentia divina vniatur intellectui beato vt species intelligibilis.

VIDETVR Quòd non, species intelligibilis constituit intellectum in actu, 1. ingenener causæ formalis, sed essentia divina, non potest exercere munus causæ formalis: ergo:

Præterea, species constituit intellectum, 1. ad

ad efficiendum visionem, & ideo intrinsice, hoc autem petit informationem, quam non potest exercere essentia divina: ergo.

Sed contra est, quia respectu visionis beatę nulla alià species est intelligibilis nisi essentia divina, quare essentia divina vnitur in ratione speciei intelligibilis.

Respondeo dicendum, essentiam ea ratione qua vt obiectum vnitur mentibus beatorum habere rationem speciei intelligibilis impressæ constituentis intellectum in actu primo, quia species intelligibilis secundum se est perfectio simpliciter simplex, quare essentia divina est species intelligibilis continēs in se omnem eius perfectionem imperfectionib. semotis. Preterea, quia vniri in ratione speciei intelligibilis est, assimilare intellectum, & coōcurrere cū eo ad intellectionem, hæc autem omnia præstat essentia divina mentibus, beatorum, essentia divina in ratione obiecti concurrit speciali, modo efficienter ad visionem cum intellectu beatorum, quia obiectū voluntatis aliquo modo concurrit ad volitionem vel effective, vel finaliter, quare etiam obiectum intellectus aliquo modo concurrit ad intellectionem, non finaliter vt pat. ac proinde effective. Pręterea quia ex obiecto & pos

potentia pariter notitia: implicat intellectũ intelligere, sine hac efficientia, obiecti vel per se ipsum vel media specie, quia intellectio, vt est actio specificatura principio quò nempe ab obiecto vt habet rationem principij quo, dependētia autem à specificativo essenciali, non potest supplei i, ex vnione esentiæ divinæ cum intellectu creato, non resultat aliquid distictum ab ipsa essentia divina & ab intellectu creato, quia divina essentia, vnitur intellectui creato, vt intellectum in actu, per se ipsam faciens intellectum in actu. Præterea, quia essentia divina, non vnitur intellectui creato in genere entis sed solum in esse intelligibili, quare ex hac vnione solũ resultat, quòd vnum extremum ad huc intelligibiliter sit alterum, vnde intellectus beati, per talem vnionem est quodammodo Deus intelligibiliter, seu in esse intelligibili.

Ad primum ergo dicendum: essentiam divinam concurrentem cum intellectu beatò non concurrere in genere causæ formalis intrinsicè informantis, sed vt formam intelligigibilem in ratione determinantis, & complentis, sicut personalitas divina absquè informatione terminat humanitatem.

Ad secundum dicendum optime posse

essentiam divinam complere, & determinare intellectum absquè informatione, quia non vnitur, vt inhærens, sed vt subsistens sub ordinans sibi intellectum.

Ad tertium dicendum, quòd essentia divina etiam quatenus species concurrit libere, quia non subordinatur intellectui in operando, sed potiu secontra intellectus noster sub ordinatur illi, & Deus per suam voluntatem applicat essentiam suam, vt est, species, quæ essentia divina constituens intellectum in actu primo effective, cum eo concurrit ad intellectionem, quæ ex obiecto, & potentia oritur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm implicet species impressa repræsentativa divinæ essentia creata?

VIDDETVR Qod non (Aureol. Scot. Suar. Val. Eric. dicũt, non implicare dari speciem impressam creatam, à Deo infusam per quam, possèt videri essen-

essentia divina) in ordine supernaturali est, posibilis, & de facto datur visio Dei, & lumē gloriæ, & intellectus beatus: ergo est possibilis speceies.

Præterea, intellectus elevatus lumine gloriæ connaturaliter petit, concursum speciei impressæ, sed non concursum essentiæ divinæ loco speciei, quæ cōnaturaliter petitur ab intellectu divino: ergo.

Præterea, species impressa, est similitudo virtualis obiecti, quare non petit esse in eodem gradu immaterialitatis, ac obiectum: ergo pössibilis est species, & si non esset ita immaterialis ac Deus.

Præterea, species impressa qua Angelus inferior cognoscit superiorem, non est in eadem gradu ac Angelus superior: ergo possibilis est, species impressa, & si non esset in eadem immáterialitate cum Deo.

Præterea, species repræsentativa substātiæ nō est substantia, sed accidēs in herēs potētiæ cognoscitivæ: ergo posibilis est species creata repræsentativa Dei quāvis non sit Deus.

Præterea, intellectus, & lumen gloriæ, non sunt in eodem gradu immaterialitatis, quo Deus est ergo, nec species, nam species, & potentia debent esse in eodem gradu immaterialitatis.

Præterea, quia illa species libere à Deo produceretur, nec deberet concurrere ad infinitam visionem: ergo non requiritur, quòd sit infinita simpliciter etiam inrepresentando.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1. part. quæst 12. art. 2. *Sicut ait Dionysius c. 1. de divin. nomin. per similitudines rerum inferioris ordinis nullo modo superiora possunt cognosci, sicut per speciem corporis, non potest cognosci essentia rei incorporeæ, multo minus per speciem creatam potest, essentia Dei videri.* Præterea. *Quia essentia divina est, suum esse nulla creatura est suum eße, & ideo forma create, non potest esse similitudo repræsentans Deum sicut est in se.* Præterea. *Divina essentia est, aliquid incircũ scriptũ continens in se super eminenter quidquod potest significari vel intellegi ab intellectu creato, sed omnis forma creata est determinata ad genus aliquod:* ergo, & quæst. 8. de verit. art. 2. sequuntur eum Caiet. Capreol. Ferrara, Sot. Bañez, Zumel, Nazarius, Gonçalez. Paludan. Navarrete, Arrubal, Canariens. Sylvester, Marsil. Duran. Alens.

Respondeo dicendum, implicare talẽ speciem, quia impossibilis est in specie creata adequata representatio divinæ essentiæ repræsentans illam totam, & totaliter. Præterea

terea, quia implicat, quod creatura sit eiusdē essentiæ cum Deo, nam nulla creatura in aliquo esse reali habet convenientiam vnivocā cum Deo, species autem intelligibilis considerata in esse intelligibili, & repræsentativo est eiusdem essentiæ, & quidditatis cum obiecto & considerata, vt forma intelligibiliter sumpta continet, formaliter in esse repræsentativo prædicata formalia obiecti, quare implicat species creata repręsentativa Dei, sicuti est. Pręterea implicat, quòd creatura conveniat in eodem gradu inmaterialitatis cum Deo (4. gradus immaterialitatis in rebus distinguuntur, 1. rerum quæ habent esse in materia individuali, & non posunt ab ea per intellectū seperari v. g. ecceitates rerum materialium immutātium potentiam sensitivam. 2. rerum quæ quamvis habeant esse in materia individuali, & sensibili, possūt ab ea per intellectū separari, v. g. quiddittates rerum materialium 3. rerum quæ habent, esse separatum à materia, non tamen potentialitate ad esse, & operari in 4. gradu solus est Deus, separatus à materia, & potentialitate; species potentia, & obiectum debent esse in eodem gradu immaterialitatis) nam creatura est, ens per participationem, potentiale ad existendum, & non

e xistendum, vt species debent esse in eadem gradu immaterialitatis, quare implicat species impressa quidditatative repræsentans claré Deum.

Ad primun ergo dicendum, visio, & lumen gloriæ se habent ex parte potentiæ, & ideo dantur de facto, cæterum species se habet ex parte obiecti cuius est formalis similitudo

Ad secundum dicendum, essentiam divinam vniri cum intellectu divino in ordine, ad comprehensionem Dei, & cum intellectu creato in ordine ad visionem beatam, & connaturaliter vniri, & peti ab intellectu elevato.

Ad tertium dicendum, quòd species impresa, non est similitudo virtualis obiecti, sed formalis imo est ipsamet quidditas formalis obiecti ipsum formaliter repræsentative continens.

Ad quartum dicendum, quòd species impressa qua Angelus inferior cognoscit, superiorem est, in eodem gradu immaterialitatis cum superiori formaliter in esse intelligibili, & repræsentativo considerata.

Ad quintum dicendum, quòd species repræsentativa substantiæ est, substantia intelligibiliter

biliter, & repręsentative sumpta, & species in telligibilis, Leonis in esse formali speciei est ipsa natura Leonis.

Ad sextum, quòd lumem se habet vt virtus elevans, & intellectus, vt potentia, quæ connaturaliter, non videt Deum, id est ex sua natura, & ideo indiget elevatione, & ideo nō sunt in eodem gradu immaterialitatis cum Deo, cæterum species se habet ex parte obiecti connaturaliter, & necessario ipsum repręsentans, & ideo debet esse ita immaterialis ac obiectum.

Ad septimum dicendum, speciem naturaliter procedere ab obiecto vel saltem cum adæquatione suorum obiectorum, vnde implicat species creata Dei, quia illa, non esset adæquata ipsi Deo.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm implicet species expreßa creata in intellectu beatorum.

VIDETVR Quòd non, Pater æternus producit Verbum Divinum, & si obiectum suæ cognitionis sit inti-

me præsens: ergo etiam beati producunt, suũ Verbũ vel speciem expressam, licet Deus sit eis intime præsens.

Præterea, Angelus cognoscẽdo se producit Verbũ, & anima rationalis in statu separationis: ergo pariter beatus cognoscẽdo clare, & intuitive Deum, producit Verbũ mẽtale.

Præterea, in patria voluntas mãs Deũ, producit amorem qui est terminus dilectionis qua diligit Deum: ergo beatus intelligens clare Deum, producit Verbum.

Præterea (Scot. Vazq. Molin. Gab. Durand. Bonav. dari de facto Verbũ in beatis dicunt) visio beatifica est actio, sed actio producit terminum; ergo visio illa producit Verbum, vt suum terminum.

Sed contra est, Verbum creatum solũ potest poni, vt obiectum mediate eo sit intime præsens intellectui, & sufficienter proportionatum ad terminandum cognitionem, divina autem essentia per se ipsam est, intime præsens intellectui beato, & ideo non potest dari Verbum creatum ad eam visionem.

Respondeo dicendum, implicare dari Verbum seu speciem expressam, in beatis quid distinctivere præsẽtatẽ, & intuitive divinã essentiam: quia implicat, quod divina essentia nos

non sit præsens, & proportionata in ratione obiecti respectu intellectus elevati per lumē,. Præterea, quia implicat, quòd aliqua creatura sit in eodē gradu immaterialitatis, & actualitatis cum Deo.

Ad primum ergo dicendum, Patrē æternum producere Verbum, non ex indegentia sed ex fæcunditate, eo quòd eius intellectus, est fæcundus, & prolificus.

Ad secundum dicēdum, Angelum cognoscendo se, & animam producere Verbum, quia obiectum, non habet vltimum actum, intelligibilitatis nec est, actus purus, & ideo, non est intime proportionatum, & sufficienter, at essentia divina intellectui beatorū est, intime proportionata.

Ad tertium dicendum, voluntatem beatorum producere terminum, quia eius terminus, nō est similitudo obiecti, nec se habet ex parte obiecti, Verbum autem est, formalis similitudo obiecti.

Ad quartum dicendum, visionem beatificam, non esse dictionem, & ideo nec producere Verbū, sicut filius, & Spiritus sanctus cognoscendo divinam essentiam, Verbum, non producunt, visionem beatificam, non esse de prædicamento, sed qualitatis plures,

probabiliter affirmant.

ARTICVLVS.VI,

Vtrùm visio clara divine essentię possit competere intellectui creato per sua naturalia ex vi absoluta Dei potentię.

VIDETVR Quòd sic(affirmant Molin.)Deus potest producere intellectũ,suapte natura perfectiorem intellectu elevato lumine gloriæ:ergo illi potest competere visio essentiæ divinæ.

Præterea,Deus cadit sub obiecto adæquato intellectus creati etiam considerati in sua natura:ergo potest fieri vt per sua naturalia Deum videat.

Sed contra,quia cognitio fit secũdum quòd cognitum est incognoscente cognitum, autē est in cognoscente secundum modum cognoscentis:ergo cuiuslibet cognoscentis cognitio proportionata est, secundum modum

suę naturæ,atquè à Deo, si cognoscens vt sic sit intra ordinem naturalem, cognitio sibi proportionata debet esse respectu obiecti naturalis: ergo cum Deus in se ipso clare visus sit obiectum supernaturale implicat, quòd eius clara visio sit connaturalis intellectui, creato,

Respondeo dicendum, visionem claram divinæ essentiæ, non posse esse connaturalẽ, intellectui creato ex sua natura considerato, nam lumen gloriæ, non est debitum debitò, connaturalitatis alicui cognoscenti creatò, nam vltima dispositio ad formam nequit esse connaturalis nisi naturæ habenti talem formam, lumen autem gloriæ est vltima dispositio ad essentiã divinam vt est forma intelligibilis, & ideo implicat quòd sit cõnaturale, nisi illi cui est naturale habere talem formã, & dispositio ad formam ignis, non est naturalis nisi habenti formam ignis, vnde lumen gloriæ, non potest esse, naturale creaturæ, nisi creatura esset natura divina, quòd est impossibile ergo etiã impossibile, quòd visio clara competat intellectui, secundum sua naturalia considerato.

Ad primum: ergo dicendum, quantumcumque producatur intellectus creatus perfectissimus

perfectissimus secundum sua naturalia, nō pō test pervenire ad perfectionem intellectus elevati lumine gloriæ qui constituitur per lumen in ordine supernaturali per formam supernaturalem Deum supernaturaliter attingens,

Ad secundum dicendum, Deum cadere sub obiecto adæquato intellectus, non tatemen sub obiecto proportionato, ad hoc autem, vt intellectus proportionate Deum attingat clare requirit lumen gloriæ.

ARTICVLVS.VII.

Vtrùm sit possibilis substantia supernaturalis.

VIDETVR Quòd sic, possibilia sunt accidentia supernaturalia, vt lumen, gratia, & possibilis est modus substantialis v.g. modus vnionis in humanitate Christi D. ergo.

Præterea, omnes aliæ perfectiores divi-

næ sunt participabiles in creaturis etiam participatione supernaturali accidentali: ergo & participatione substantiali substantiæ supernaturalis.

Sed contra est, ens supernaturale per essẽtiam est Deus, prout esse in se ipso, ens supernaturale per participationem, huius entis supernaturalis per essentiam est, illud quòd, intrinsece participat aliquá perfectionẽ Dei, secundum modũ essendi quem habet in Deo, sed substantia creata potest sic esse supernaturalis, quia sicut solus Deus est, ens per essentiam ita solus est ens supernaturale per essentiam, item quia substãtia sit ens per se, non specificatur per ordinem ad extrinse cum, vnde non potest participare perfectionem Dei, secundum modum essendi quem habet in illo, per hoc, quòd habeat Deum, vt in se ipso pro obiecto, vel termino aut fine à quo specificetur, sed intrinsicè in se ipsa deberet habere illum modum essendi per se, & substantialiter, quem habẽt perfectiones divinæ prout sunt Dei, hoc autem est contra rationem limitatá & finitam substantiæ creabilis, quia alias adæquaret in perfectione divinam naturam, nam ex se ipsa haberet modum habendi perfectiones quẽ habent in Deo, prout sũt in illo: ergo.

Respondeo dicendum, implicare dari talem substantiam supernaturalem, quia alias ei debita esse visio Dei, illa autem substantia cui debita esset visio Dei, deberet esse omnino impeccabilis, nam ex natura sua ab intrinseco deberet esse ordinata ad finem supernaturalem, alias quomodo esset naturæ Illius debita visio Dei, repugnat autem creaturæ impeccabilitas proveniens ex ratione suæ essentiæ, & naturę, quia creatura, non est regula suarum actionem, sed subditur superiori regulæ, est igitur defectibilis, alias nō egeret regula ad recte operandum.

Ad primum ergo diceedum, accidentia supernaturalia specificari in ordine ad aliquod extrinsecum, cæterum substantia supernaturalis haberet proportionē cū Deo in se non quidem habitudinis (quia non specificatur per ordinem ad extrinsecum, neque respicit Deum, vt obiectum) ac proinde æqualitatis, modus substantialis specificatur per ordinē ad extrinsecum, quia eius esse per se, est incompletum, & modale, substātia supernaturalis esset infinita, quia illi communicaretur esse substantiale vt est in Deo supra totum ordinem naturæ, quare si daretur (communicatio substantialis in esse naturali, non requi-

rit

rit infinitatem in creatura, quia non communicatur illi esse substantiale Dei, vt est in Deo sed vt relucet ad extra) talis substantia esset per essentiam supernaturalis.

Ad secundum dicendum, participationem in esse accidentali relinquere in rebus participatis ordinem ad aliquod extrinsecum quo caret conceptus substantiæ supernaturalis, quæ sicut imposibilis ita etiam, est imposibilis creatura cui sit connaturale lumẽ quia est proprietas consequens naturam divinam, potest autem accidentaliter cõpetere intellectui creato, nõ vt proprietas naturalis, sed vt accidẽs participatũ (lumẽ gloriæ secũdũ se abstrahit à substãtia, & accidẽti in Deo est attributũ substntiale Dei, in beatis est accidens) ex actione gratuita libera Dei, sicut natura equina nequit elevari, vt sit ita perfecta ac humana, ita neque natura vt sit ita perfecta, ac intellectus lumine gloriæ elevatus qui solus potest videre Deum clare, substantia supernaturalis implicat, non ex conceptus substantiæ, Deus est substãtia supernaturalis, neĉ ex conceptu supernaturalitatis, quia accidẽs est supernaturale, sed quia substantia supernaturalis creata.

ARTI-

ARTICVLVS. VIII

Vtrùm implicet intellectum creatum sine lumine gloriæ videre intuitive divinam essentiam

VIDETVR Quod non: ita defendunt Scot. Paludan. Argentinas, Suarez, Vazquius, Molina, Arrubal: lumen tantum requiritur, vt suppleat efficientiam, quę deest intellectui, sed eam potest Deus supplere: ergo.

Præterea, actus fidei vel charitatis sæpe fiunt sine efficientia habitus, vt patet, in actibus quibus disponimur ad recipiendos habitus, qui non procedunt ab habitibus: ergo.

Preterea, efficaciam formæ agentis Deus potest solo concursu supplere, sed efficacia luminis solum est in genere causæ efficientis: ergo

Præterea, Deus supplet virtutem speciei intelligibilis creatæ per se ipsum: ergo potest efficere, vt intellectus efficiat vnionē absque lumine gloriæ.

Præ-

Præterea, calor separatus absquè in hærentia in subiecto potest producere calorem: ergo & Deus efficere vt intellectus visionem, producat absquè lumine intellectui in hærente.

Sed contra est, visio Dei vt supernaturalis est, & vt talis est supernaturalis implicat: ergo procedere à principio naturali absquè aliquo habitu vel auxilio intrinseco supernaturali.

Respondeo dicendum, implicare intellectum videre Deum, sine principio intrinseco supernaturali (ita affirmant Caietan. Capreol. Bañez, Gonzalez, Navarrete, Alvarez, Zumel,) quia operatio vitalis procedit à principio intrinseco, visio autem etiam prout vitalis est supernaturalis, ac pro inde debet procedere ab aliquo principio intrinseco supernaturali. Præterea actio videndi Deum est omnino supernaturalis, quare potentia à qua procedit intrinsice, est elevata forma supernaturali, nam actio videndi, quia est vitalis specificatur aprintipio intrinseco eliciente illam. Præterea, implicat quòd intellectus qui antea, non erat potens proxime videre Deum, modo sit potens sine reali sui mutatione, quare per solam asistentiam extrinsecā

divinæ voluntatis absquè reali mutatione nō potest fieri proxime potens advisionem.

Ad primum dicendum, quòd Deus nō potest efficere, vt causa secunda operetur suū effectum sine sua virtute intrinseca, sicut Deus non potest efficere, quòd ignis producat calefactionem absquè calore, lumen gloriæ, est virtus intrinsice recepta in intellectu formaliter eumconstituens in ratione potentiæ potentis proxime videre Deum, quare impossibilis est visio nisi intellectu sit tale lumē.

Ad 2. dicendū, illos actus vel procedere ab habitib. vel ab intellectu, & volūtate elevatis intrinsice in actu 1. per aliquod supernaturale auxilium.

Ad tertium dicendum, lumen etiam gerere in intellectu munus causæ formalis à Deo extrinsice infusum intrinsicè in intellectu receptum, quo intellectus fit potens intrinsice ad visionem.

Ad quartum dicendum, quòd species intelligibilis se habet ex parte obiecti, cum autē Deus sit intime præsens, & proportionatus intellectui beato gerit munus speciei intelligibilis, cæterū lumen gloriç se habet ex parte potentiæ, vt virtus eam intinsice elevans.

Ad quintum dicendum, lumen gloriæ debere

bere intrinsicè in hærere quia visio est vitalis, & vita in actu 2. lumen gloriæ est vitale vt quo, vitam Dei participans, virtusquè potentiæ vitalis in ordine ad operationem vitalem cum quo lumine intellectus concurrit, vt causa principalis visionis, nam vitaliter concurrit ad visionem, & modo vitali, & per formam intinsecam proportionata tam effectui, contento intra latitudinem specificativam eius, & intellectus intrinsicè denominatur videns, Deus autem non denominatur videns, à nostra visione, & vt elevatus attingit vitaliter Deum contentum sub obiecto specificativo, & proportionato; iuxta distributionē accomodam visio solet tribui, vt supernatura lis est lumini, vt vitalis intellectui, vt determinata Dei clare visi speciei impressæ nempe essentiæ divinæ.

ARTICVLVS. IX.

Vtrùm implicet intellectum creatum videre Deum mere passive se haben do per hoc quod Deus produceret visionem creatam in eo.

VIDETVR Quod non: ita Scot visio est, omnino supernaturalis, ergo ad visionem, non concurrit ef fective potentia naturalis: ergo solum passi ve per hoc quòd Deus visionē in intellectu Producat.

Præterea, si intellectus efficeret visionē, vel vt causa instrumētalis, vel vt principalis non 1. vt patet, non 2. quia ad visionem supernaturalem solum est nobis capacitas, & potentia obedientialis per ordinem ad Deū, agentem supernaturalem, operari per potentiam obedientialem, non est operari principaliter: ergo.

Sed contra est, operatio vitalis alicuius necessario dicit dependentiam aprrincipio vi tali

li eius qui vivit per eam, vel identitatem cũ illo, sed visio Dei increata, non potest esse idem eum intellectu nostro, nec dependere ab illo: ergo non potest esse visio qua videmus Deum.

Respondeo dicendum, implicare intellectũ creatum posse videre Deum mere passive se habendo per hoc quòd Deus, produceret visionem creatam in eo, quia intelligere nihil aliud est quam producere, simulque recipere intellectionem, sed implicat intellectum beati simul producere, & recipere ipsam intellectionem Dei: ergo implicat quòd sit intelligens per intellectionem Dei, vnde sicut implicat Deũ intelligere formaliter per intellectionem creatam, ita etiam intellectus creatus, nõ potest intelligere per intellectionem divinam.

Ad primum ergo dicendum: visionem esse omnino supernaturalem, & ideò intellectum concurrere ad eam, non per sua naturalia sed prout elevatum lumine gloriæ quòd est sibi ratio proxima adæquata operandi visionem effective.

Ad secundum, intellectum elevatum lumine esse causam principalẽ visionis eo quòd ad eã vitaliter concurrit, & visio continetur

intra obiectum adæquatum intellectus creati, implicat Deum, se solo producere visionẽ, in intellectu creato, non vt visio est formaliter, & prout de nominat videntem, sed vt est qualitas, quia implicat quòd visio producatur intellectu, & quòd non tribuat illi suum effectum formalem qui est facere videntem. Lumen gloriæ est qualitas creata supernaturalis intrinsice in hærens intellectui per quam efficitur potens videre Deũ distincta ab specie impræssa, de fide certum est quòd beatis datur lumen gloriæ supernaturale elevans intellectum ipsorum, nam intellectus creatus, non potest videre Deum clare per sua naturalia, convenienter asseritur per lumen gloriæ, quòd de facto infunditur beatis, non intelligẽre visionẽ quæ sit effective à solo Deo, quia visio divinæ essentiæ cũ vitalis sit nõ potest intelligi potentia vitali mere pasive se habẽte, satis accomode dicitur lumen gloriæ quòd datur beatis sit aliquid creatum per modum, qualitatis intrinsicè informantis intellectum, & elevantis eum ad eliciendum visionem distinctæ ab essentia divina, quia essentia divina, vt species intelligibilis, non est vnibilis intellectui creato nisi mediante lumine gloriæ, nam species nequit vniri, nisi potentiæ ha

habent virtutem proportionatam ad visionē alias vnio, non esset in esse intelligibili sed in esse rei, lumen gloriæ confertat intellectum il lum eleuat, vltimo disponit, vt vniatur clare cum Deo, & lumine mediante visionem producit, & etiam est dispositio ad hoc, vt intellectus recipiat visionem quam producit, nam operatio vitalis suscipitur in principio à quo elicitur, intellectus autem, vt elevatus lumine eam elicuit, visio non est dispositio ad lumen, sicut actus qui procedit à gratia est dispositio ad gratiā, quia visio est vltimus finis, creaturæ rationalis, est autem contra rationē vltimi finis quòd sit dispositio ad aliquam vlteriorem formam, lumen est actus 1. à solo Deo efficiēter causatus, & ideo, non indiget alia dispositione, vt recipiatur in intellectu, visio est actus 2. emanans a principio vitali, in quo recipitur, & ideo indiget dispositione luminis, quo intellectus proportionatnr ad videndum Deum.

ARTICVLVS. X.

Vtrùm melior intellectus cum æquali lumine gloriæ perfectius videat Deum.

VIDETVR Quod sic (ita Ricardus Maior. Scot. Mol.) ad visionem cõcurrit intellectus, & lumen intellectus, & lumen simul habent in visionem activitatem: ergo.

Præterea, medium demonstrativum, & probabile producunt actum intensiorem: ergo ex intellectu etiam est attendẽda maior perfectio visionis: ergo.

Sed contra est autoritas D. Thom. 1. p. quæst. 12. art. 6. quem sequũtur Ferrar. Sot. Med. Gonzalez, Navarrete, Bannez, Nazar. facultas intellectus ad videndum Deum, non competit intellectui creato per suam naturam, sed per lumen gloriæ: ergo ex sola perfectione luminis attenditur visio.

Res-

Respondeo dicendum, intellectum perfectiorem cum æquali lumine æqualiter videre Deum, quia inæqualitas visionis correspõdet in æqualibus meritis: ergo qui habuerint æqualia merita, etiam si habeãt in ęquales intellectus habebunt æqualem visionem.

Ad primum ergo dicendum: proximam vim totalem, & adæquatam esse lumen respectu visionis cum visio sit omnino supernaturalis vnde iuxta ęqualitatem luminis pensanda æqualitas visionis, & etiam conatus supernaturalis videntis.

Ad 2. dicẽdũ, medium demonstrativũ, & probabile habere in se certitudinem proximam, & immediatam, at intellectus separetus à lumine, non habet activitatem proximã nec cum lumine est agens partiale, sed tota ratio operandi proxima visionis est lumen, inter beatos reperitur in æqualitas beatitudinis essentialis iuxta in æqualitatem gratiæ, & meritorum viæ ixusta illud Ioãn. 14 *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* Corinth. 15. *sicut stella di et à stella in claritate, ita erit resurrectio mortuorum.* 1. Corinth. 3. *vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum,* proprium laborem, quia beatitudo datur hominibus, vt corona 2, Timot. 4. ergo servatur ra

ratio iuſtitiæ in ea conferenda: ergo datur iuxta proportionē meritorū, eſt veritas hæc de fide contra Iouinianum, qui mortui fuerūnt æquali gratia, vel equali gratia, & meritis æqualem beatitudinem obtinebunt eſſentialem, melior potentia cum æquali ſpecie melius poteſt videre, quia ſpecies, & potentia ſunt quaſi duo principia proxima viſionis, at intellectus ſeorſim alumine, nō eſt principiū proximum ſed radicale.

ARTICVLVS. XI

Vtrûm omnes viſiones beatorum ſint eiuſdem ſpeciei.

VIDETVR Quod non, (ita Maior.) Angelus, & homo differūt ſpecie, & eorū cognitiones, ergo & viſiones beatæ eorum.

Præterea, vnus videns Deum eſt eſſentialiter beatior altero: ergo diſtinguntur beatitudines eſſentialiter: ergo ſpecifice.

Sed

Sed contra est, quia idem est obiectū omnium beatorum formale nempe deitas, vt est in se lumine claro cognito in se ipsa.

Respondeo dicendum, omnes visiones beatorum esse eiusdem speciei, quia lumen gloriæ est eiusdem speciei in beatis, & visio tota, totaliter est supernaturalis attingens Deum, sub vna ratione.

Ad primum ergo dicendum, illam diversitatem solum esse in esse rei, non in esse formali, omnis intellectus beatus videt Deum per lumen eiusdem speciei.

Ad secundum dicendum, quòd vnus beatus est essentialiter individualiter beatior altero, penes hoc autem, non infertur specifica diversitas, visio quæ etiam in Deo attingit creaturas, non differet specie ab ea quæ attingit solum Deum, & non creaturas, quia habent idem obiectum primarium quòd est essentia divina creaturæ autem sunt secundarium.

¶

ARTI

ARTICVLVS. XII.

Vtrûm vna persona videri posit sine alia, & personæ divinæ sine divina essētia ex vi potētiæ absolutæ Dei

VIDETVR Quòd nō sic (ita Scot.) Pater Æternus communicat essentiam, & non relationem paternitatis: ergo pariter intellectui beato potest repræsentari essentia absquè personis.

Præterea, essentia est obiectum primarium, relationes secundarium, quia attinguntur per essentiam, vt per rationem cognoscēdi, sed obiectum 1. videtur sine secundario, ergo.

Præterea, Pater æternus intelligitur beatus antequam producat Filium, & Spiritum sanctū ex sola visione essentiæ ex cuius cognitione producit filium: ergo pariter, &c.

Preterea, relationes, non sunt de essentia obiecti beatifici quòd est vltimus finis sicut

cut nec de essentia 1.causæ, quia Deus, non causat ratione relationum: ergo.

Præterea, essentia divina solum est species divinæ essentiæ, vt obiecti, non relationum alias filius assimilaretur Patri in Paternitate sicut assimilatur in essentia: ergo.

Præterea, attributa (Occam sic tenet) non possunt videri visa essentia, alias Deus comprehenderetur, sicut comprehenditur natura humana visis eius prædicatis essentialib. ergo.

Sed contra est D. Thom. (eum sequũtur Capreol. Caiet. Bannez, Zumel Palud. Med. Soto, Cabrer. Gonzalez. Nazar. Suarez, Vazq. Erice) 1.part.quæst.12. art. 7. & 2.2.quæst.2 art.8.& 3 par.quæst. 3.ar.3.

Respondeo dicendum, essentiam divinam, non posse videri abquè personis, & attributis divinis, quia divina natura est intellectualis ad quam pertinent processiones per intellectum, & voluntatem quare vna terminatur ad Verbum, altera ad Spiritũ sanctũ. ergo. Præterea, nulla creatura potest clare, & quidditative videri sicuti est nisi videatur modus existẽdi eius, divina: ergo natura non potest clare, & quidditative videri sicuti est nisi visis personis in quibus subsistit. Præterea, personæ

personæ divinæ cõstituũtur relationib. quas oportet esse simul, & cognosci nam relativa sũt simul natura, & cognitione. Præterea, attributa sunt idem cum essentia divina, & de conceptu essētiali eius, & in Deo, sunt formaliter sicut est Deus, Ioan. 3. *Similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est*, ergo implicat essentiam absquè eis videri.

Ad primum ergo dicendum, paternitatem habere oppositionē cũ filiatione, & ideò nō communicatur communicata essentia, at omnes divinæ relationes, non opponuntur in esse obiecti cognoscibilis, & ideò implicat videri essentiam sine illis vel vna sine alia.

Ad secundum dicendum, quòd relationes sunt obiectum quòd primarium visionis beatæ, & divinæ sicut coloratum visus, essentia ratio qua primaria sicut lux visus.

Ad tertium dicendum, quod prioritas originis, non est prioritas cognitionis, vnde licet prius origine Pater producat filiũ quã filius sit productus, tamen in illo priori originis iam intelligitur filius à Patre, quia producit illum ex cognitione essentiæ, & trium personarum, vnde illa cognitio active sumpta est prius origine prioritate à quo, non prioritate in quo etiam secundum rationem,

Ad

Ad quartum dicendum, quòd relatiões divinæ, sunt de ratione essentiæ divinæ, & modo intrinsice divinę perfectionis, & ita pertinent ad rationem obiecti beatifici, & vltimi finis.

Ad quintum, quòd essentia divina etiã est species relationum quę sunt modi intrinseci essentia divinæ, & ideò filius est similis in natura, non in relatione Paternitatis.

Ad sextum dicendum, cognitione attributorum (attributum est perfectio necessaria quæ intelligitur, vt consequens naturam divinam) non sequi comprehensionem, quia divina attributa continent eminenter infinita quæ, non cognoscit quicumque illa attingit formaliter, cæterum prædicata naturæ humane, non continent eminenter alia, quæ non cognoscat qui attingit quidditative omnia quæ sũt formaliter in natura humana, beatus videt eminentiam illam qua Deus, continet creaturas posibilis, vt formaliter est in Deo, & vt vna simplex perfectio, non vt est virtualiter multiplex, immensitatem per ordinem, ad locum posibilem videt beatus, ęternitatẽ per ordinem ad suum 1. mensurabile nempe divinum esse, omnipotentiam per ordinem ad posibile, attributa sunt in duplici differentia

alia

alia abſoluta, vt vnitas, & hæc beatus neceſſario diſtinctè videt, quia videt Deum ſicuti eſt alia reſpectiva quæ connotãt reſpectum, rationis ad creaturas vt idæa omnipotẽtia, & hæc videt ſub ratione qua ſunt formaliter in Deo, & dicũt perfectionem, quia eſſentia divina eſt omnino ſimplex, & omnia eius attributa ſunt cum illa vnicum ſimpliciſimũ eſſe, non autem videt ea quatenus connotãt creaturas in particulari, alias poſſet cognoſcere omnia poſsibilia, & ita Deum comprehenderet, beatus cognitione elicita à ſcientia per ſe indita extra Verbum format diverſos, & inadæquatos conceptus divinorum atributorũ quia illa ſcientia elicit cognitionem per plures, & diverſas ſpecies per ſe infuſas, & hæc ſcientia, non habet rationem formalem tendẽdi ita elevatam ſicut ſcientia beata, beatus videt decreta libera Dei quo ad ſuas rationes formales cõſtitutivas intrinſecas formaliter, conſtitutivum formale, & intrinſecum actus liberi divini eſt aliquid reale, & intrinſecum non tamem diſtinctum ab actu neceſſario, ea quę videt in Deo, ſimul videt, & per vnicã ſpeciem intelegibilem quæ eſt eſſentia divina.

ARTI

ARTICVLVS. XIII.

Vtrùm beati ex vi visionis essentiæ divinæ videant creaturas.

VIDETVR Quod non, (sic defendit Vazq.) essentia divina est, in se absoluta ab omni re creata absoluta, & independens ab eis: ergo.

Præterea, quia alias nullus posset esse beatus etiam remisissimi luminis gloriæ qui, non videret videndo essentiam divinam creaturas, sed hoc est falsum: ergo,

Præterea, quia alias omnes creaturæ possibiles, & futuræ viderentur, & sic comprehenderetur Deus, non enim est ratio cur vna videatur ex vi visionis, & non alia.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1. part, quæst. 12. art. 9. & quæst. 58. art. 7. & 3. contra gent. cap, 59. & de verit. quæst. 8 ar 5. quem sequuntur Caiet. Bannez, Capreol. Ferrariens, Gonzalez, Naçar Navarrete,

Suarez, Molina.

Respondeo dicendum, beatos ex vi visionis divinæ essentiæ cognoscere in illa tamquã in causa, & medio cognoscendi aliquas creaturas, quia beati cognoscunt creaturas prout sunt effectus Dei, sed effectus, vt effectus nõ potest cognosci nisi per causam, vt per rationem formalem cognoscendi, vti conclusio, vt conclusio non potest cognosci, nisi per principium, vt per rationem formalem cognoscẽdi: ergo. Præterea, ex eadem cognitione qua cognoscitur obiectum primarium, cognoscitur secundarium, divina essentia est obiectũ primarium visionis beatæ, creaturæ secundarium: ergo.

Ad primum ergo dicẽdum, essentiam divinam posse videri ab aliquo beato, non visa in particulari aliqua creatura, eo quod obiectum primarium, potest cognosci sine aliquo ordine ad obiectum secũdarium, & tota perfectio realis quæ est in Deo est in dependens à creaturis, & quanto lumen est remissius tãtò pauciores creaturæ videntur, vnde tam remissum esse potest, vt nulla videatur; creaturæ solum cognoscuntur in essentia ex vi visionis, vt obiectum secundarium, a quo visio, nõ dependet per se, & ideò potest esse visio bea-

ta ad divinam essentiā, non visa aliqua creatu ra imparticulari, visa divina essētia videt crea turas necessario sub conceptu communissimo enti creabilis vel possibilis, quia vidēdo Deū, videt eū esse omnipotentē omnipotētia autē est ad omne possibile, res absoluta potest esse mediū, & ratio cognoscēdi alliā rē distinctam si sit causa illius eam continēs, quā vis in Deo non sit relatio ad creaturas, tamē quia ex emi ē:ia suæ infinitæ entitatis continet eas, ratione huius entitatis, & continentię possunt creaturæ cognosci.

Ad 2. dicendū, iam constare quo modo creaturæ videātur inessētia divina ex vivisio nis, & posse esse aliquā visionē quæ attingat essentiam divinam, non videndo creaturam in particulari.

Ad 3. dicēdū, si sermo sit decreturis existentibus vnusquisque videt illa quæ pertinēt ad su um statum, & hoc provenit ex individuatione luminis, vt est in tali subiecto; at respectu creaturarum possibilium illa diversitas provenit ex maiori vel minori perfectione luminis, quia lumen minus intensum atttingit creaturas manifestiores lumen autem magis intensum attingit etiam aliquas latentiores, Vnde proveniat quod vnus beatus istas po-

tius quam illas creaturas in Verbo videat; le ge D. Thom. qnæst. 8. de verit. art. 4. ad 12. Gonzalez, Navarrete, Naçar.

ARTICVLVS. XIIII

Vtrùm beati possint videre omnes creaturas possibiles.

VIDETVR Quod sic, ad cognoscendum omnes creaturas possibiles sufficit lumen finitũ, sicut illæ sunt finitæ, & limitatæ perfectionis cõtentæ sub ente creato ponibili in prædicamento.

Præterea, beatus cognoscit quidditative potentiam creativam Dei, sed obiectum eius est omne creabile à Deo: ergo.

Præterea, divina essentia quæ vnitur intellectui beato in ratione speciei naturaliter & necessario repræsentat omnes creaturas possibiles: ergo,

Præterea, qui cognosceret omnes creaturas possibiles, non comprehenderet Deũ quia

quia, non cognosceret divinam essentiam ea intensione qua cognoscibilis est, & etiā quia omnes effectus possibiles sunt infininiti non simpliciter sed secundum quid, essentia divina est simpliciter, & increata, & etiā quia non sequitur quòd cognosceret omnem modum essendi quem habent in verbo.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1. part. quæst. 12. art. 8. & 3. part. quæst. 10. ar. 2. & 3. cōtra gent. cap. 55. & 56. & quæst. 8. de verit. art. 4. quem secuntur Capreol. Caiet. Ferrar. Sot. Bannez, Gonzal. Zum.

Respondeo dicendum, implicare intellectum creatum beatum videre omnia possibilia quia implicat Deum, abeo comprehendi iuxta illud Hyerem. 32. *In compre ensibilis cogitatu*, sed si intellectus beatus videret omnia possibilia cōprehēderet Deum, nam tunc aliquid comprehenditur, quamdo ita videtur, vt nihil quod in ipso est sive formaliter sive eminenter lateat videntem clare, & quidditative. Præterea, qui tūc beati viderēt omnes effectus possibiles, & ex ipsis præfigerēt terminū divinæ potētiæ. Præterea qui cognoscit adæquatū effectū potentię secūdū omnē modū quo cognoscibilis est ex parte sua, cōprehēdit potētiā: ergo qui cognosceret omnia possibilia, ad quæ potest se extendere po

tentia Dei, comprehendet eam. Præterea quæ eminenter sũt in Deo, sũt in eo, vt effectus in causa & cõclusiones in principio, sed qui cognosceret clare, & quidditative omnes effectus in sua causa, & omnes conclusiones in aliquo principio comprehenderet causam, & principiũ: ergo

Ad primum ergo dicendum, omnes creaturas possibiles esse finitas secundum essentiam, tamen omnes simul esse infinitas secundum numerum, non solum individualiter, sed specifice, & generice, & ita requiritur infinitum lumen, vt omnia possibilia cognoscerẽtur, ad cognoscendum Deum, sufficit finitũ lumen, quia attingitur modo finito.

Ad 2, dicendũ, sat esse beatum cognoscendo omnipotentiã Dei, cognoscere possibilia sub conceptu communi possibilitatis.

Ad tertium, quod divina essentia vnitur intellectui beato mediante lumine finito, quare in actu, 2 repræsentat aliqua possibilia juxta quantitatem luminis.

Ad 4. licẽdũ dicendum, implicare intellectum creatum comprehendere Deum, quia quòd non adæquat alterum, non potest illud comprehendere iuxta illud Augustin. *Illud comprehenditur quod ita totum videtur*

vt

vt nihil eius lateat videntem & cuius fines circunspici vel circunscribi possunt à cognoscente, sed intellectus creatus, non adæquat essentiá divinam, quia non habet infinitam immateriaritatem, & puritatẽ, quare non potest Deũ comprehendere, ideo autem Deus est incomprehensibilis ab intellectu creato, quia intellectus creatus, non est cognoscitivus Dei, quantũ ipse Deus cognoscibilis est, & enim cum Deus sit impliciter infinitus est etiam infinite cognoscibilis, quia eius esse continet eminenter infinitas perfectiones rerum possibilium, vnde eius omnipotentia respicit infinitos effectus quos, non distinguit, nequè distiuguere potest intellectus creatus, eminentia, & virtus inqua contenentur possibilia est formaliter in Deo, vna est simplex, & ita videtur à beatis, cęterum, vt virtualiter multiplex, vt virtualiter continet omnia possibilia, non videtur à beatis qui cognosceret Deum, & omnia possibilia modo infinito infinite in tenso perfecto, & divino deberet attingere Deum, & comprehensive lumine gloriæ infinite intenso, nam si aliquis modus realis alicuius effectus lateret beatum iam, non cognosceret omnes effectus, possibilesc ollective quia etiá ille modus est effect. beati quia

 non per

perfecte cognoſcunt terminum potentiæ generativę Patris quantum ex ſe cognoſcibilis non comprehendunt Patrem Æternum, Chriſtus D. cognoſcit infinitas cogitationes cordium, quæ ſunt accidentia finitarum ſubſtantiarum, & cognoſcuntur in aliquo finito vnde, non requirunt lumen infinitum, vt cognoſcantur, qui cognoſceret obiectum adæquatum ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ eam comprehenderet, eo quòd illus obiectũ ſunt omnia poſsibilia vltra quæ, non poteſt ſe extendere; qui cognoſceret ea ad quæ de facto ſe extendit ſcientia viſionis, non eam comprehendere, quia ipſa poſſet ad alia plura terminari. Deus videtur à beatis totus ſed non totaliter quia non, comprehenſive, nec videtur modo porfectiſsimo infinito quo à ſe viſibilis, quilibet beatus videt in eſſentia divina totum ordinem vniverſi quantũ ad omnia, & ſingula rerum genera, & ſpecies quæ in illo continentur, & quantum ad omnes cõplexiones neceſſarias quæ eis conveniunt, quilibet beatus videt omnia individua ſubſtantialia incorruptibilia, ex corruptibilibus, autem ea quæ pertinent ad eius ſtatum, & ad perfectionẽ ſui intellectus practici iuxta rationem ſui ſtatus: quilibet beatus videt omnia

nia misteria gratiæ perfecte quo ad omne sta tiones specificas eorum, & quo ad omnes com pleviones necessarias; videt ea quæ pertinēt ad Incarnationem Verbi Divini, S. eius humanitatem, & ad B. Virginem Matrem Dei, quilibet beatus videt actus liberos, & cogitationes cordium, & affectiones voluntatum spectantes ad eorum statum: quæ videntur, à beatis simul vidēturabsquè aliqua successione, lumen gloriæ quo beati vident, essentiam divinam, non oritur ex habitu gratiæ, per simplicem emanationem sine nova alia actione Dei, est perfectior habitus quam gratia, & charitas, & alia, dona supernaturalia quæ pertinent ad ordinem gratię gratum facientis, vel gratiæ gratis datæ, non est proprie, & in rigore potentia sed habitus, est perfectissimus habitus secundum speciē, nec potest produci lumen gloriæ alterius speciei à lumine gloriæ quòd de facto datur beatis, pro materia de visione Dei videndi D. Thom. 1. p. quęst. 12, Caiet. Capreol, Ferrar. Zumel, Navarrete, Nuçar.

QVAEST.III.

De ſcientia Dei,

ARTICVLVS.I.

Vtrùm in Deo ſit ſcientia.

VIDETVR Quòd non, ſcientia dicit perfectionem cum imperfectione, nam dicit cognitionem cauſatā ex prioribus,& notioribus principijs: ergo.

Præterea, cognitio Dei, vt terminatur ad ſuam eſſentiam eſt cognitio primorū principiorum, vt terminatur ad creaturas exiſtētes, non eſt ſcientia, quia ſcientia, non eſt de futuris contingentibus: ergo.

Præterea, ſcientia præſuponit lumen principiorum,& ſe habet ex additione ad illud

lud: ergo non est in Deo, alias in eo esset cō positio, & aliquid prius & posterius: ergo

Preterea, scientia per se terminatur ad conclusiones, sed cognitio Dei per se 1. termi natur ad essentiam divinam quæ est 1. prnicipium creaturarum: ergo.

Sed contra est illud Rom. 11. *O altitudo diviti rum sapientiæ Dei*, & etiam quia im materialitas est ratio cognitionis (hęc est dif ferentia inter cognoscētia, & nō cognoscētia quòd non cognoscentia, non habent nisi for mam suam, at cognoscentia habent formam sui & alterius, etenim species cogniti est in cognoscente, quare ex amplitudine formæ, provenit cognoscibilitas, ac sub inde ex immaterialitate, quanto enim forma immateriali or est, tanto habet maiorem amplitudinem quia coarctatio formæ provenit à materia, & ideò dicit Philosoph. 2. de anima, text. 24 plantas non cognoscere ob suam materialita tem) sed Deus est in summo gradu immateria litatis. ergo est summe congnoscens, ergo in eo est scientia.

Respondeo dicendum, in Deo esse proprie scientiam, quia perfectio simpliciter simplex ponitur formaliter in Deo, sed talis est scientia, quia scientia in vnoquoque melior

est

est ipsa quam non ipsa, & non est composib lis cum alijs perfectionibus : ergo in Deo est scientia.

Ad primum ergo dicendum, quamvis creata scientia ob suam imperfectionem præsuponat lumen principiorum, vt causam, tamen scientia divina solum supponit, non secundum rem, sed secundnm nostram rationē lumen principiorum, non vt causam conclusionum, sed solum, vt rationem formalem earum.

Ad secundum dicendum, cognitionem divinam ob sui infinitã perfectionem esse cognitionem principiorum, & conclusionũ, Deum etiam habere scientiam defuturis contingentibus liberis, quia scientia Dei assumit pro medio ad ostendendum eorum veritates determinationem suæ divinæ voluntatis, & ordine suæ prouidentiæ quæ in sui dispositione, non potest falli, Deus de eis habet cognitionem certam, evidentem, & percausam, intuitive illa cognoscit. in decreto suæ voluntatis,

Ad tertetium dicendum, cognitionem divinam, & simplicissimam esse cognitionem principiorũ, & conclusionum secundum diversas rationes distinctas solum eminenter & virtualiter.

Ad

Ad quartum dicendum, scientiam creatam terminari per se 1. ad conclusiones cum autẽ divina cognitio sit infinita terminatur ad essentiam, & in ea attingit creaturas, Deus etiã habet scientiam de suis attributis, ad quod satis est, vt attributa differant secundum rationem, & vnum fit ratio formalis alterius, sicut immutabilitas æternitatis, & immaterialitas cognoscibilitatis, Deus etiam habet scientiã de omnibus veritatibus creatis necessarijs, nam v.g. hęc veritas homo est animal rationale habet in Deo causam formalem, & Deus hbae- idæam huius veritatis, quare per illam potest esse scientia Dei, sciẽtia Dei stricte sũpta est attributum Dei, quia est actio intelligẽdi, supponens nostro modo concipiendi intellectura, & naturam divinam, scientia Dei non dividenda est in plura attributa, quia essentia divina habet rationem obiecti primarij eius, in quo sub vnico lumine cognoscit Deus omnia obiecta creata, & creabilia, scientia, & sapientia in Deo, non multiplicant attributa quia non distinguuntur formaliter etiam nostro modo intelligendi: an scientia Dei sit attributum distinctũ à lumine principiorũ, prudentia, & consilio, quidam negant, sicut potẽtia creativa Dei, & potentia patrandi miracu

la

la non multiplicant attributa Dei, & ſicut idça eſt attrivutum Dei, non diſtinctum in diverſa atributa ſecndum multiplicationem idæarum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm obiectum primarium divinæ cognitionis ſint relationes.

VIDETVR Quod non, obiectum primarium divinæ cognitionis eſt illud cui primo, & immediate convenit ratio principij, quo ipſius cognitionis ſed talis eſt eſſentia divina, vnde Verbum divinum aſsimilatur Patri in natura, nō in relatione perſonali: ergo.

Præterea, divinæ relationes, non terminant, niſi ratione eſſentiæ divinæ, non habentim materialitatē niſi ratione eſſentiæ divinæ, in quam ſit vltima reſolutio: ergo.

Sed contra eſt, quia alias divinæ relationes, & perſonę ſolum pertinerent ad obiectum ſecundarium, atque adeò nō eſſent magis

gis cognoſcibiles quam creaturæ, quòd eſt in conveniens: ergo.

Reſpondeo dicendum, ad rationē obiecti primarij divinæ cognotionis pertinere eſſentiam divinam relationes, & attributa, quia cognitio Dei reſpectu ſui obiecti primarij eſt quidditativa: ergo eius obiectum primarium eſt divinitas, vt continet abſolutum, & relativum; item quia divinæ relationes ſunt actus puri, & omnino immateriales: ergo per ſe t. obiectú primarium cognoſcibile, & idē in eſſe intelligibili cum divino intellectu, ſummeque ipſi proportionatæ.

Ad primum ergo dicendum, relationes divinas eſſe modos ſubſiſtēdi naturæ divinæ & ideò filius aſsimilatur Patri in natura non in relatione paternitatis, licet relationes ſint obiectum primarium quòd divinæ cognitionis, & eſſentia quo, vt lux eſt ratio quia, & coloratum obiectum quòd viſus.

Ad 2. dicēdú rationem terminandi eſſe divinū eſſe prout ambit omne eſſe, quòd formaliter eſt in Deo, & relationes divinas eſſe actus puriſsimos, & immaterialiſsimos, & illam reductionem ſolum eſſe quo ad nos, non ſecundum ſe & apriori, ita enim eſt immediata hæc Deus eſt Trinus in perſonis, ſicut hæc

Deus

Deus est vnus in essentia, solus Deus est se ipsum comprehendit, quia Deus cognoscit seipsum quantum est cognoscibilis ex parte obiecti ita, vt nihil eius lateat ipsum Deum, vt cognoscentem, & tanta est vis cognoscitiva Dei quanta est eius cognoscibilitas.

ARTICVLVS.III.

Vtrùm intelligere Dei sit eius essentia

VIDETVR Quòd non, intelligere supponit intellegentem, intellectum & speciem intelligibilem, nam intelligere concipitur, vt actio, actio hæc supponit.

Præterea, intelligere demõstratur apriori de Deo, per suam immaterialitatem, quia Deus, est immaterialis est intelligens.

Præterea, Exodi. 3. *Ego sum qui sum,* vbi explicatur essentia Dei, non per intelligere sed per ipsummet esse per essentiam.

Præterea esse importat totam latitudinem essendi, & intelligẽdi, sicut natura divina, sed intelligere solũ gradum intelligibilitas: ergo.

Præ-

Præterea, esse est actualitas omnium rerum, & actualitas ipsius met intelligere, & vniversalior vniversalitate formę, & abstratius ab str ct.one formali; & actus purior.

Præterea, omnipotentia, non cunvenit Deo ob infinitatem quam habet in esse intelligibili sed propter eam quam habet in esse entitativo, ex eo enim Deus est summe potens, ad producendas creaturas, quia in suo esse infinito continet eminenter illas, & non quia intelligit illas: ergo.

Prętérea, esse creaturarum formaliter loquendo, non est participatio divini intelligere, sed divini esse: ergo.

Præterea, intelligere consideratum per modum gradus consideratur, vt quid potentiale, intelligere per modum operationis supponit principium, sed in neutro conceptu cõstituitur natura divina: ergo.

Præterea, sola infinitas est incommunicabilis creaturis: ergo in sola infinitate consistit conceptus formalis naturæ divinæ.

Sed contra est, nan Verbum divinum ex vi sua procelsionis formalis procedit simile Patri in natura divina, sed Verbum divinum assimilatur intellectualitati Dei: ergo.

Respondeo dicendum, quòd infinitas,

 non

non est essentia & natura Dei, nostro modo concipiendi, quia infinitas, non dicit essentiã & naturam, sed modum naturæ, existentia nostro modo intelligendi, non est formaliter natura divina, quia existentia non concipitur à nobis, vt natura specifica velquasi specifica, sed vt modus seu terminus ipsius naturæ, principium virtuale intellectionis, vt distinctum virtualiter ab ipsa intellctione, non est ratio constitutiva divinæ naturæ, quia natura divina est ipsum esse purum, & actuale, sed principium virtuale intellectionis, vt distinctum virtualiter ab intellectione concipitur à nobis, vt potentiale in genere intellectuali, actio intelligendi nostro modo concipiendi, non est formaliter ipsa natura divina, quia actio intelligendi præsuponit principium vitale potentiam intellectivam, & speciem intelligibilem, esse per essentiam vitale, & intellectivum in actu ultimo, & per se subsistens est formaliter adæquata essẽtia & natura Dei quia, vt sic non est attributum Dei, nec est ratio particularis, nec presuponit aliquam priorem, & vt sic est prima ratio formalis omniũ perfectionum quæ reperiuntur in Deo, intellectualitas per essentiam in actu vltimo, sive intelligere per se subsistens est nostro modo intellig

gendi quasi gradus differentialis constituens naturam divinam, (esse substantiale vitale intellectuale per essentiam est ipsa natura divina specifica includens formaliter gradum differentialem, sicut humanitas est forma totalis hominis includens rationalitatē) quia, vt sic est perfectissimus & actualissimus gradus inter omnes.

Ad primum ergo dicendum, intelligere per modum operationis supponere omnia illa, non verò per modum subsistentis, sicut relatio personalis divina sub conceptu relationis per modum relationis suponit personā & sub conceptu formæ hypostaticæ subsistētis constituit personam.

Ad secundum, quod intellectualitas, non probatur per immaterialitatem quasi per rationem apriori, sed quasi forma partis per formam quasi totius, vt si quis probaret Petrum habere rationalitatem, quia habet humanitatem.

Ad tertium dicendum, quia esse per essētiam vitale, & intellectivum in actu vltimo, & per se subsistens est formaliter adæquata essentia & natura Dei, Deus sæpe explicatur per suum esse.

Ad quartum dicendum, naturam divi-

nam debere formaliter constitui, non in quolibet gradu sed in actualissimo, & purissimo, qualis est intellectualitas per essentiā in actu vltimo.

Ad quintum dicendum, existentiam, non esse rationem formalem naturæ divinæ, quia concipitur, vt modus seu terminus naturæ.

Ad sextum dicendum, omnipotentiam saltem radicaliter sumptam pro virtute Dei, in qua continentur omnes effectus creabiles esse rationem formalem scientiæ Dei, quatenus scientia Dei, terminatur ad creaturas secundū esse quod possunt habere in proprijs naturis, non verò esse rationem formalem intellectualitatis Dei in actu vltimo, vt sic enim intellectualitas presuponitur ad attributa Dei.

Ad septimum dicendum, quòd gradus perfectior, & immaterialior qui reperitur in creaturis est gradus vitæ intellectivæ & intelligendi.

Ad octavum dicendum, intelligere per modum gradus subsistentis, non importare aliquid potentiale, eo quod consideratur, vt gradus constitutivus actu vltimo.

Ad nonum dicendum, infinitatem non costi-

constituere naturam divinam eo, quòd solum consideratur, vt modus naturæ, intelligere, vt est natura Dei, dicit totam plenitudinem intellectionis per modum naturæ cõpletæ subsistentis per se, quam plenitudinem consequitur virtualiter scientia vel sapientia quæ considerantur, vt attributa naturæ divinæ.

ARTICVLVS. IIII.

Verùm immaterialitas sit ratio cognoscibilitatis activa

VIDETVR Quòd non, voluntas, actus, habitus, intellectus agens, anima rationalis sunt res immateriales, & tamen non habent cognoscibilitatem activam: ergo,

Præterea, substantia immaterialis, vt Angelus individuatur per hoc quòd sit irreceptibilis in materia: ergo per hoc non constituitur in esse cognoscitivo, nam propterea dicitur quòd omne cognoscens debet esse immateriale, quia cognoscens debet habere hãc amplitudinem, vt possit esse alia, & hoc impe

dit materia, quæ limitat formam, at etiam substantia immaterialis limitatur, vt sit hæc, & non alia per hoc quòd sit irreceptibilis in materia, vnde per hoc non constituitur in esse cognoscitivo.

Sed contra est, ideò visus inter omnes sẽsus est perfectior, & plura cognoscit, quia est immaterialior, & ascendendo ab anima vsque ad Deum, quanto aliquid est immaterialius tanto est magis cognoscitivum: ergo immaterialitas est ratio cognitionis,

Respondeo dicendum, quòd immaterialitas est ratio cognoscibilitatis activæ, quia cognoscens debet fieri res cognita, sed non potest esse nisi sit immateriale, nam materia est quæ distinguit, individua', vnde quòd est materiale, non potest esse aliud à se: ergo, itẽ, id quod recipit formam alterius sine materia, & fit vnũ cum illo in esse repræsentativo est cognoscitivum, & immaterialitas' est ratio recipiẽdi formas aliorũ sine materia, & qu' aliquid fiat forma recepta in esse repræsentativo: ergo, item, Deus non potest facere substantiam immaterialem, quæ non sit cognoscitiva, quia ipsa debet esse nobilior omni substantia materiali, & habere nobiliorem vitã quæ sit intellectiva; ergo, item, quia cognoscentia

entia debent recipere formas sine materia, quam non po unt recipere nisi sint immateria lia.

Ad primum ergo dicendum: quòd hæc propositio immaterialitas est ratio formalis, intelligenda in formis substantialibus, anima rationalis, vt prævenit intellectum est cognoscitiva radicaliter.

Ad secundum, quòd formę immateriales cōpletæ, v.g Angeli, per hoc quòd sint irre eptabiles in materia determinantur, ad hoc quòd sint istæ, & non aliæ formæ in esse rei, quæ determinatio, non impedit, quòd possint esse aliæ in esse intelligibili.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm cognoscentia habeant formam suā & aliarum rerum.

VIDETVR Quòd non, Deus est vere cognoscens, & non habet formas aliarum rerum, & Angelus cognoscens Deum, & alios Angelos non cognoscit

per eorum formas: ergo.

Præterea, quia vel habet alias formas per identitatem, & hoc est falsum, vel per informationem, & ita non cognoscentia habēt formas aliarum rerum, vt aqua calorem.

Sed contra est, quòd cognoscentia recipiunt formas aliorum taliter quòd ipsumet recipiens fiat ipsamet forma recepta, intellectus enim per speciem leonis fit leo, vnde inquit Aristoteles, 2 de anima, quòd. *Anima potens est fieri quodammodo omnia*, & Commẽtator, L. 3. de anima, commẽto, 5. docet quòd ex intellectu, & re intellectu fit magis vnum quam ex materia, & forma, nam materia non fit forma, intellectus autem fit res intellecta, cæterũ non cognoscentia quamvis recipiant formas aliorum, non tamen sunt ipsemet formæ receptæ, nam aqua non fit calor.

Respondeo dicendum, hoc interesse discrimen inter cognoscentia, & non cognoscentia, quòd cognoscentia habent form[illegible] & aliorum, ceterum non cognoscentia solum habent suam formam; ad cuius intelligentiam cõsiderandum, quòd species sẽsibilis v.g. potest in aliquo recipi vel materialiter, vt in aere, ex qua vnione resultat tertium compositum, vel in esse repræsentativo in potentia sen-

sensitiva,& ex hac vnione non resultat tertium compositum,sed vnum extremum fit alterum in esse repræsĕtativo,& quia fieri hoc modo aliud est illud intelligere, ideò propriũ est cognoscĕtiũ habere in esse formas aliorũ, quod non competit,non cognoscentibus.

Ad primum ergo dicendum, quod essentia divina est eminenter forma aliarum rerum:essentia Angeli in esse repræsentativo est forma aliorum Angelorum ,secundũ gradum genericum,& etiam est suo modo forma imperfecte repræsentans Deum.

Ad secundum dicendum,propositionĕ intelligendam de identitate in esse intelligibili,qua intellectus fit ipsa res intellecta.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum Deus cognoscat alia à se propria cognitione.

VIDETVR Quòd non,alias cognitio Dei dependeret à creaturis, & etiam quia creaturę sunt extra

obiectum motivum, & terminativum divinæ cognitionis cuius specificativum est essētia Dei,

Præterea, cognoscens debet fieri res cognita in esse intelligibili, sed Deus, non potest esse alia à se, quia eius esse intelligibile est esse substantiale ipsius: ergo.

Sed contra est, illud Hebr. 4 *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.* Hie rem. 3 *si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum?* Sophon. 1 *scrutabor Ierusalem in lucernis.*

Respondeo dicendum, Deum cognoscere creaturas propria cognitione, quia alias cognitio Dei, esset imperfecta. Præterea, quia essentia Dei, habet in se quicquid perfectionis est in quocumquè, & aliquid amplius vndè cognoscendo se cognoscit alia propria cognitione. Pręterea, quia Deus est causa omnis rei, causat autem illas per suam scientiam, quare cognoscit eas.

Ad primum ergo dicendum, scientiam pendere à suo obiecto primario, non à secūdario, quòd continetur in primario, Deus eadem cognitione qua cognoscit se ipsum in ipso, vt in ratione cognoscendi videt creaturas, & ideò eius cognitio solum mensuratur ex

ex sua essentia, vt ex obiecto primario: creaturas cognoscit cum sint participationes Dei in sua essentia divina, nam intellectus potest ferri in id vbi reperitur formaliter vel participative ratio sui obiecti.

Ad secundum dicendnm, quòd cognoscens fit res quæ primo, & immediate cognoscitur in se ipsa, non autem quæ secundario, & in alio cognoscitur, & quia species intelligibilis divini intellectus est essentia divina in qua similitudines aliarum rerum continentur, ideò intellectus divinus solũ est vnũ in esse intelligibilli cum sua essentia quæ est, obiectum primarium, non cum creaturis quæ sunt secundarium obiectum.

ARTICVLVS. VII

Vtrùm Deus cognoscat creaturas taliter, vt eius cognitio terminetur ad eas ad extra.

VIDETVR Quod non (ita Aureol.) quia D. Dionys. de div. nom. cap. 7. ait. *Deum extra fine nihil cog-*

nosce-

noſcere, & idem aſſeri; Aug. L. 38. quæſt. q. 46.

Præterea, vt creaturæ in propria natura terminent cognitionem Dei, ab æterno, requiritur, quòd ab æterno in ſe habeant aliquòd eſſe verùm & reale, ſed nō poteſt hoc dici, alias eſſent ab æterno, ergo.

Sed contra eſt, illud Iobi, 28. *Ipſe fines mundi intuetur, & omnia quæ ſub cælo ſunt reſpicit*, nam alias Deus tantùm cognoſceret ſe ipſum, nam ſi de creaturis tantum cognoſcit eſſe quòd habent in Deo, cum illud eſſe ſit ipſe Deus nullo modo cognoſceret entitates creatas hoc autem eſt erroneum.

Reſpondeo dicendum, quòd Deus cognoſcit eſſe quòd habent creaturæ in ſe ipſis, ad extra, quia Deus cauſat per intellectum, & communicat illud met eſſe quòd habent creaturæ in ſe ipſis ad extra: ergo cognoſcit illud, & ſecundum hoc eſſe producuntur, & gubernātur a Deo.

Ad primum ergo dicendum, Deū cognoſcere ex parte rei cognitæ creaturas in ſe ipſo, & in ipſis creaturis, & cognoſcere non ſolum eſſe quòd habēt in illo eminenter, ſed etiam eſſe limitatum, & mixtum cùm imperfectionibus, quòd habent in ſe ipſis ad extra.

Ad

Ad ſecundum dicendum, quòd ſciētia viſionis terminatur ad creaturas, vt actu exiſtentes in menſura ſuæ æternitatis, ſciētia ſimplicis intelligentiæ terminatur ad eſſe poſsibile creaturarum.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm creatura ſit obiectum ſecundarium diuinæ cognitionis.

VIDETVR Quod non, alias daremus in Deo diſcurſum, nā ab vno obiecto primario cognito procederet ad aliud cognoſcendum; & etiā daremus in Deo duas cognitiones vnā reſpectu obiecti primarij, aliam reſpectu obiecti ſecūdarij [illegible]m perficeretur cognitio Dei à creatu-[illegible], ſicut perficitur cognitio principij ex cognitione concluſionum.

Præterea, creaturæ non terminant diuinam cognitionem ſub cognoſcibilitate, ſed ſub ratione deitatis: ergo ſola deitas obiectū diuinæ cognitionis eſt.

Sed

Sed contra est, creaturæ, non cadunt sub obiecto Theologiç primario, sed solum secundario, & considerantur velut materialiter, & per ordinem ad deitatem: ergo pariter respectu scientiæ Dei.

Respondeo dicendum, quòd creaturæ secundum esse quòd habent in se ipsis ad extra non sunt obiectum primarium divinæ cognitiouis, nam per essentiam divinamquç est species qua Deus cognoscit se ipsum repręsentatuar primario Deus, creaturæ repræsentā'nt secundario, item quia si creaturæ essent obiectum primarium divinæ cognitionis, cognitio divina haberet duo obiecta æquè primaria, duplex specificativum, acciperet perfectionem, & necessitatem existendi ab ipsis, quòd implicat.

Ad primum ergo dicendum: quòd ad discursum requiritur duplex cognitio, quarū vna sit causa alterius, & quia Deus eadem cognitione cognoscit suam essentiā, & creaturas in illa ideo, non discurrit, obiectū primarium, & secundarium, non dicuntur per ordinem ad diversas cognitiones primarium & secundarium, sed per ordinem ipsorum cognitoirum, quia vnum immediate terminat cognitionem, & aliud mediante alio, & creaturæ

turæ cognoscuntur mediante essentia, quã do in obiecto primario continetur, quidquid perfectionis & entitatis est in obiecto secũdario, tunc non perficitur cognitio ab obiecto secundario, & quia perfectiones omniũ creaturarum continentur in divina essentia (continentia infinita divinæ essentiæ attingit etiam rationes particulares creaturarum etiam in eo in quo distinguuntur à natura divina) cognitio divina non perficitur ex ipsis.

Ad secundum, quòd ad rationem obiecti secundarij satis est quod creaturæ obijciãtur intellectui divino sub propri ratione creaturarum, non ex parte cognoscentis, sed ex parte rei cognitæ.

ARTICVLVS. IX.

Vtrũ Deus cognoscat creaturas in se ipso.

VIDETVR Quòd non, (ita Scot.) alias cognitio Dei respectu creaturarum existentium, non esset intuitiva hæc terminatur ad rẽ in se ipsa, & non in alio.

Præte

Præterea, alias Deus eas non cognoſceret perfectè & diſtinctè, quia eſſentia divina formaliter eſt diſtincta ab eſſentia creaturæ, id autem in quo aliqua differunt, non eſt ratio cognoſcendi diſtincte.

Sed contra eſt, quia alias creatura eſſet actus, & perfectio divini intellectus, nam ſi Deus eas intelligeret per ſpeciem creatam, cũ ſpecies ſit actus & perfectio intellectus, illa eſſet perfectio intellectus.

Reſpondeo dicendum, quòd ex parte cognoſcẽtis Deus cognoſcit creaturas ſolũ in ſe ipſo: nam alias creatura eſſet principium divini eſſe, cum enim intellectio Dei, ſit eius eſſe, ſi illa principiaretur à ſpecie creata etiam eſſet principium ipſius Dei, cognoſcit eas in ſe ipſo, vt ſpecie impreſſa, nam ſi illa ſpecies non eſt eſſentia divina, aliqua ſpecies creaturarum coniungeretur cum Deo accidentaliter; cum illa non ſit eſſentia Dei; etiam cognoſcit eas in ſe ipſo, vt ſpecie expreſſa, nam eſſentia divina, ſecundum quòd habet rationem ſpeciei expreſſæ in qua Deus ſe ipſũ cognoſcit, eſt ratio cognitionis comprehenſivæ qua Deus ſe ipſum comprehẽdit: ergo in tali ſpecie expreſſa repræſentantur, non ſolum ea quę ſunt formaliter in Deo, ſed etiam creaturę

turæ quæ eminẽter sunt in Deo, & in tali spe cie expressa cognoscuntur creaturæ distin- cte.

Ad primum ergo dicendum: ad notitiam intuitivam creaturarum necessum, non esse, ut cognoscantur in se ipsis ex parte cognoscentis, sed sufficere quòd cognoscantur in se ipsis ex parte rei cognitæ.

Ad secundum dicendum, quòd essentia divina distinguitur à creaturis quasi per addi tionem continens actu quidquid perfectionis est in eis, & infinitum amplius, & sic est ratio cognoscendi creaturas in eo etiam in quo ab ea distinguuntur, (id quod infinitum est simpliciter continet eminenter id in quo alia ab illo distinguuntur) ut si esset posibilis numerus infinitus esse ratio cognoscendi numeros finitos.

¶

ARTICVLVS. X.

Vtrùm Deus cognoſcat creaturas in ſu eſſentia, vt in cauſa earum.

VIDETVR Quòd non (ita Vazq.) Deus in ſe ipſo eſt abſolutus ab ordine ad creaturas; ergo non poteſt eſſe medium cognoſcendi ipſas, vt obiectum primarium prius cognitum.

2 Præterea, Deus non continet in ſe formaliter rationem creaturarum, imò in ſe eſt omnino diſsimilis illis: ergo non eſt medium cognoſcendi creaturas.

Præterea, & ſi Deus non eſſet omnipotens eſſet intelligens creaturas: ergo formaliter non cognoſcit creaturas in ſe, vt in c[...] cauſa creaturarum eſt omnipotentia,

Sed contra eſt, quia Deus cognoſcit ſuam eſſentiam eſſe cauſam creaturarũ: ergo per eam, vt per rationem cognoſcẽdi cognoſcit creaturas, nam cognoſcens clare, & quidditative

di:ative propositionem esse principium conclusionis, cognoscit conclusionem per illud principium, vt per rationem cognoscendi.

Respondeo dicendum, Deum cognoscere creatnras in sua essentia tamquam in causa earum, vt in ratione eas cognoscendi, qnia Deus cognoscit creaturas in quantũ sunt eius effectus, alias non cognosceret eas perfecte, nec earum dependentiam, nec apriori, sed effectus perfectè, & apriori cognoscitur per suam causam, vt per rationem formalem cognoscendi illum: ergo. Præterea obiectum primarium est ratio attingendi secundarium, essentia divina est primarium, creaturæ secundarium: ergo.

Ad primum ergo dicendum: quòd Deus ducit in cognitionem creaturarum, non ratione respectus, sed ratione virtutis suæ infinitæ per quam ipsas virtualiter continet, quæ virtus sicut est ratio operandi creaturas, ita etiam est ratio ipsas cognoscendi.

Ad secundum dicendum, quòd essentia Dei comparatur ad essentiam creaturarũ, vt actus perfectus ad imperfectum, actus perfectus præsertim si sit infinitus simpliciter est ratio cognoscendi actus in perfectos sub se contentos, v. g. per ternarium cognoscimus binarium.

Ad tertium dicendum, quod omnipotentia saltem radicaliter sumpta pro virtute Dei, in qua eminenter continentur effectus creabiles est ratio formalis scientiæ Dei, vt terminatur ad creaturas, nam Deus ideò cognoscit alia à se, quia suo esse immateriali continet non solum formam propriam, sed etiam aliorum, hæc eminentialis continentia præsupponitur ad scientiam, vt terminatã ad creaturas, quare si Deus, non esset omnipotens saltem radicaliter, creaturæ, non essẽ possibiles, nec cognoscibiles per scientiã Dei, quare illa propositio etiam si Deus, non esset omnipotens esset sciens omnia est falsa.

ARTICVLVS. XI.

Vtrùm Deus cognoscat creaturas in se. vt in medio connexo cum illis?

VIDETVR Quod non (ita Vazq. Arrubal.) in essentia divina nihil habet necessariam connexionem cum

cum creaturis, nam omnipotentia illam, non habet cum posibilibus in particulari, nam quis dicat, si equus implicaret contradictioné in Deo, non futurum attributum omnipotentiæ? nec cum existentibus decretum Dei, nõ habet illam connexionem: ergo.

Præterea, non potest aliquid cognosci ex alio prius cognito, vt medio connexo, nisi ex aliqua re quæ appareat in alio obiecto quòd sine aliqua connexione necessariæ cõsequentiæ accidere, non potest, sed hoc non habet locũ in divina cognitione, in qua nullus potest reperiri discursus: ergo Deus non cognoscit creaturas in se ipso, vt in medio cõnexo cum illis.

Sed contra est, authoritas D. Thom. in 1. dist. 35. quæst. 1. art. 5. ad 4. & 1. part. quæst. 16. art. 6. & 1. Contragent. cap. 50. ratione 8. & de Verit. q. 2. art. 3. ad 9. & 1. Contra gent. cap. 49. & quæst. 2. de Verit. art. 3. ad ij & ad 3. 1. Contragent. cap. 48.

Respõdeo dicendum, Deum cognoscere creaturas in se, vt in medio connexo cũ illis, vnde & essentiam divinam habere connexionem cum creaturis, quia si sermo sit de posibilib. divina essentia est similitudo creaturarum participalis ab illis, nam omne esse

creatũ eſt participatũ à Deo præ exiſtens in Deo virtualiter, ſed ſimilitudo participabilis ab aliqua re habet connexionem neceſſariæ conſequentiæ cum poſsibilitate talis rei: nam implicat eſſe ſimilitudinem participabilem à creatura non intellecta poſsibilitate talis creaturæ: ergo. Præterea eſſentia divina eſt virtus productiva creaturarum, ſed virtus productiva habet neceſſariã connexionem neceſſariæ conſequentiæ cum poſsibilitate rerum producendarum, & enim potentia productiva habet connexionem neceſſariæ cõſequentiæ cum productione poſsibili, ſi enim eſt impoſsibilis actus etiam eſt impoſsibilis potentia productiva talis actus, quare ſi eſt potentia productiva alicuius rei, etiam eſt poſsibilis productio talis rei, igitur potentia productiva quę habet connexionem neceſſariæ cõſequentiæ cum productione poſsibili, eam habet cũ poſsibilitate effectus producendi, quia productio poſsibilis neceſsitate conſequentiæ infert effectum poſsibilem, cum effectus ſit terminus ipſius productionis; ex hac connexione, non ſequitur quod eſſentia divina dependeat à creaturis, quia connectitur cũ eis, eo quod ex plenitudine ſuæ bonitatis habet poſſe ſe illis cõmunicare; ſi ſermo ſit de creaturi

turi futuris, divinum decretum habet connexionem necessariæ consequentiæ cum eau existentia futura, cum si causa effiicax illius, quæ non potest deficere.

Ad primum ergo dicendum, possibilia habere connexionem necessariæ consequentiæ cum divina essentia in quantum est eminens illarum similitudo, & virtus earum productiva, quare si essētia equi implicaret sequeretur inde quod destrueretur perfectio divinæ naturæ, quia non esset similitudo omnium nec participalis in omnibus, essentij finitis, vnde sicut magis necessarium est principium quam conclusio, & tamen si non esset possibilis conclusio destrueretur, ita licet magis necessaria sit divina potestas quam possibilia tamen ex connexione implicante possibili implicaret omnipotentia, decretum liberū Dei, habet connexionem cum existentia rerum, & est prius illis.

Ad secundū dicendum, aliud esse quod medium cognoscendi aliud habeat connexionem necessariæ consequentiæ cum illo, aliud quod per consequentiam seu discursum formalem, vel virtualem cognoscatur in illo, illud primum reperitur hic, non secundum.

ARTICVLVS. XII.

Vtrum scientia Dei, sit causa rerum?

VIDETVR Quod non, res non ideò futuræ sunt quia illas cognoscit Deus sed potius illas cognoscit quia futuræ sunt, vt inquit Origen.

Præterea, scientia intuitiva supponit res creatas, nam fertur in res, vt sunt existentes, & in se ipsis quia obiectum scientiæ intuitivæ est res existens præsupositum, ipsi: ergo.

Præterea, aliqua cognoscit Deus, per suam scientiam, quæ tamen per illa, non operatur, vt privationes & negationes: ergo.

Sed contra est, quia perfectissimæ causæ & primæ debet competere perfectissimus modus causandi eiusmodi autem, est causare per intellectum, & voluntatem, nã agens per scientiam, & voluntatem dirigit agẽs per modum naturæ, & illo vtitur, vt instrumento, & perfectissimus modus causandi est per scientiam, & voluntatem: ergo.

Resp.

Respondeo dicendum, scientiam Dei esse causam rerum, quia effectus præhabetur in causa, sed quidquid est in alio est in illo ad modum cuius in quo est: ergo cum esse Dei sit intelligere omnia sunt in illo intelligibiliter, ac subinde modus causandi creaturas debet esse per intellectum, item quia Deus agit actione immanenti quæ sit eius substantia, quæ sit intellectio vel volitio, quare Deus agit per intellectum & voluntatem: item ars quæ est in mente artificis est causa effectiva artificiati: ergo ars & scientia in mente divina sunt causa effectiva creaturarum: itē quia scientia Dei respectu creaturarum est practica, sed practica operatur suum obiectum quādo est factibile: ergo.

Ad primum ergo dicendum, Origen. loqui de scientia Dei quæ, non habet ad iunctum actū beneplaciti divinę voluntatis hæc; enim scientia, non est causa rerum scitarum, quando ait Origen. ideò præscire Deum aliqua quia sunt futura intelligēdus secūdū illationem, non secundum causam essendi, sequitur enim si aliqua sunt futura, quod Deus ea prescierit, non tamen res futuræ sunt causa quod Deues sciat.

Ad secundum dicendnm, quod aliquan-

do ipsa res scita pendet à scientia intuitiva vt pat.in cognitione respectu Verbi mentalis; ab illa producti, quare satis est ad notitiam intuitivam, quod res cognita terminetur ad rẽ, vt existentem.

Ad tertium dicendum, quod scientia Dei est causa rerum ad iũcta determinatione divinæ voluntatis, & quia Deus non vult mala ideò, non causat illa, licet ea cognoscat, vel aliter, dicendum quod illa quę Deus cognoscit per idæam propriam causat, vel potest causare, at malum non cognoscit per idæam propriam sed per idæam boni cui opponitur, & sic Deus solum bonum oppositum malo potest causare, scientia Dei est causa rerum per modum dirigentis, nam voluntas movetur à bono quod ipsi proponitur, quare vt voluntas Dei ex equatur hunc effectũ potius quã illũ debet dirigi ab intellectu, & scientia Dei; scientia Dei, non est causa exemplaris omniũ creaturarum, non habet rationem ideæ: nã sunt diversa attributa quare, non est causa exemplaris; item quia scientiam causare aliquid, vt scientiam est causare, vt cognoscens, causare, vt exemplar est causare, vt cognitũ; item quia aliter idæa est causa rerum, & aliter scientia, idea per modum exemplaris, scientia

tia per modum cognitionis vtriusquè, nempè exemplaris, & exemplati, scientia Dei est causa exemplaris scientiarum creatarum, sicut vita est causa exemplaris vitę creatæ.

ARTICVLVS. XIII.

Vtrûm Deus sit causa rerum per simplicem, intelligenttiam.

VIDETVR Quòd sic scientia simplicis intelligentiæ virtute est causa rerum: ergo ipsa actu causat accedēte beneplacito Dei, nam eidem principio cui convenit virtute causare, convenit, etiā actu causare.

Præterea, ad virtutis exequentis directionem satis est notitia rei factibilis, sed notitia in Deo quæ terminatur ad rem factibilem est scientia simplicis intelligentiæ: ergo

Sed contra est Dei scientia quæ non virtute tantum sed actu est causa rerum præsuponit determinationem liberam divinæ voluntatis, Psal. 134. *Omnia quæcumquè voluit*

vit Dominus fecit in Cælo & Interra, Ephes: 1. *qui operatur omnia secundum consilium voluntatis*, sed scientia Dei, quæ præsuponit talem determinationem circa aliquod obiectum nō est scientia simplicis intelligentiæ de eodem obiecto, nam fertur circa rem futuram, & præsuponit actum efficacem divinæ voluntatis circa talem rem: ergo.

Respondeo dicendum, scientia simplicis intelligentiæ solum est cuasa rerum in virtute non in actu, quia ipsa est naturalis, & indifferens ad existentiam creaturæ, & ad eius negationem, sciētia Dei actu causans est libera, & dicitur scientia approbationis, quia scientia divina ex decreto libero divinę volūtatis determinatur, vt ex cogitet exemplar rerum secundum esse actuale, sed hæc determinatio divinæ scientię, & divini exemplaris pendens ex beneplacito, & decreto divinæ voluntatis constituit, scientiam liberam, & approbationis: ergo ista scientia libera est prout sic dederminatur ad representandum esse actuale rerum, & ideò est approbationis, scientia Dei actu causans existentiam rerum futurarum libera, & approbationis etiam est visionis, quia scientia Dei, actu causans existentiam rerum futurarum terminatur ad existentiam earum

earum, nam ſcientia actu cauſans exiſtentiam rerum actu terminatur ad ipſam exiſtentiã, quare eſt ſcientia viſionis nam ſicut ſcientia ſimplicis intelligentiæ reſpicit poſsibile, ita viſionis exiſtentiam, ſcientia viſionis, vt ſic nõ eſt ſcientia approbationis, & cauſa rerum, tamen aliqua ſcientia viſionis eſt approbationis, & cauſa rerum. nempe ſcientia viſiònis rerum præſuponens beneplacitum divinæ voluntatis de exiſtentia ipſarum rerum, Deus de peccatis habet ſcientiam, non tamen illorum cauſativam, quia Deus non vult illa fieri, ſed ſolum permittit.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſcientia futurorum, non eſt nova ſcientia diſtincta à ſcientia poſsibilium, ſed tantum addit novũ modum per habitudinem ad divinam voluntatem determinantem illã ad res futuras, quare cum non ſit nova virtus, & nova perfectio ſcientiæ ſed determinatio illius inde eſt quòd virtus illius ſcientiæ cauſativę in virtute, ad actum determinatur ex propoſito divinæ voluntatis, quare ſcientia actu cauſans, non eſt ſimplicis intelligentiæ, ſi quidem vt iam determinata per beneplacitum divinę voluntatis induit rationem ſcientiæ approbationis, & vt per eadem determinationem dicit habi-

tudinem

tudinem ad existentiam rerum futurarum in duit rationem scientiæ visionis,

Ad secundum dicendum, quòd potentia executiva Dei, non dirigitur immediatè per scientiam simplicis intelligentiæ, sed dirigitur per alium modum scientiæ præsuponentem actnm liberum voluntatis Dei, existentia rerum futurarum, non præsuponitur ad scientiam seu cognitionem quãm habet Deus de eadem futura existentia rerum, illa propositio quam asserunt aliqui Patres, *Deus scit aliquid esse futurum, quia illud futurũ est*, debet intelligi secundum rationem consequentiæ, non secundum causam essendi, sumendo illã particulam quia, solum illative aut continuative illa propositio, nõ potest verificari in hoc sensu quòd res futuræ sint ratio vel conditio terminationis divinę scientiæ ad illas, si terminatio active sumatur, vt se tenet ex parte ipsius actus divinæ scientiæ attingẽtis tale obiectum, scientia Dei proxime est principium effectivum rerum, potentia factiva immediate convenit Deo, ratione intellectus & voluntatis, & non ratione essentiæ aut entis per essentiam, sive potentia executiva in Deo, sit distincta secundum rationem ab eius intellectu & voluntate prout sunt principium operis, sive

ſive,non ſit diſtincta,ad actum potentiæ exe cutivę prę requiritur imperium divini intelle ctus,non ſolum prout ad illud pertinet ordinare, ſed etiam prout ad illud pertinet intimare,& movere,forma intelligibilis exiſtens in mente divina, vt determinatá per decretũ divinæ voluntatis eſt principium proximum rerum quantum ad formam operis,tam intellectus quam voluntas Dei concurrit immediate ad productionem rerum in diverſo genere.

ARTICVLVS. XIIII

Vtrûm Deus cognoſcat,non entia.

VIDETVT Quòd non,aliqua nõ entia v.g.chimera,non habent eſſe nec in potentia Dei , vt pat. nec creaturę:ergo.

Præterea,non ens negat totam latitudinem entis quomodocumquè ſumpti: ergo non ens negat poſsibilitatem cognoſcibilitatis.

Sed contra est illud Ecclesi.30. *Domino cuncta sunt nota*, Sap.8. *scit monstra, & scit versutias, & solutiones argumentorum*, Psal. 93. *scit cognitiones hominum quoniam vanæ*, sed multæ cogitationes vanæ sunt de chimericis: ergo.

Respondeo dicendum, Deus cognoscit non entia, nam Deus comprehendit suam essentiam, & scientiam creaturę: ergo cognoscit omnia entia, non solum possibilia, sed etiam imaginabilia, nam ad hęc omnia se extendit vel potentia Dei, vel creaturę. Deus etiam cognoscit, non entia quæ sunt impossibilia, vt chimeram, quam intellectus divinus de se, non potest fingere per modum entis, quia hoc esset imperfectio in Deo, quamvis autem, non imaginetur chimeram quasi per modum entis, cognoscit tamen, quòd illá fingit intellectus creatus quasi per modum entis quare per ordinem ad intellectũ creatum cognoscit illam Deus quasi per modum entis, id est cognoscit illud esse obiectivum. Deus cognoscit impossibilia, & chimerica per actũ intellectus qui est dissensus, nam verum est Deum, habere dissensum de impossibilibus, vt quòd homo non sit equus, & quòd chimera, non sit verúm ens; Deus etiam hęc cognosc

cit per actum intellectus, qui habet modum assensus, non sic quòd Deus assenciendo dicat homo est equus, aut chimera est verùm ens, sed taliter quòd Deus cognoscit hæc impossibilia per modum assensus, quia cognoscit illa habere esse imaginarium in intellectu creato, & ita quasi per modum entis intelligit chimeram, nempe, vt aliquo modo habet esse saltem obiectivum in intellectu creato.

Ad primum ergo dicendum: quòd ad hoc quòd habeant aliquo modo rationem entis, satis est quòd sint impotentia creata.

Ad secundum dicendum, quòd licet non ens dicat negationem entis transcendentaliter sumpti, tamem ex modo cognoscendi per modum entis, nam illa negatio quasi per reflexionem participat rationem entis rationis, vt illa cognoscibilis à nobis.

(¶)

ARTICVLVS. XV.

Vtrùm Deus cognoſcat mala per bona creata quibus opponũtur.

VIDETVR Quòd non, malum culpæ eſt privatio boni divini, & opponitur bono divino,& eſt contra legem Dei:ergo Deus mala cognoſcit ſolum per ſuam divinam eſſentiam.

Præterea,ſi lumen eſt eſſet cognoſcitivum cognoſceret tenebras per ſe ipſum, & non per aliud:ergo Deus ſolum per ſuam bonitatem cognoſcit mala,& non per bona creata.

Sed contra eſt,quòd Deus vnamquãque rem cognoſcit ſecundum ſuam naturam, ſed natura mali dicit ordinem ad bonum, quia eſt privatio boni:ergo per illud cognoſcit malum.

Reſpondeo dicendum,quòd Deus cognoſcit mala per bona quibus opponuntur malum culpæ,v.g. peccatum ea ſola ratione dicitu

dicitur privatio Dei, & bonitatis ipsius, vt se parat ad eius amicitia & gratia, & ideò Deo privat, vt fine & obiectò, non vt forma opposita, sicut cæcitas privat colore, vt fine & obiecto, nō vt forma opposita, quia hoc modo privat visu, & ita ad cognoscēdū cæcitatē non sufficit cognoscere colorem, sed requiritur cognitio visus, quia cæcitas est privatio immediate visus, mediate, & obiective coloris, peccata autem non privant immediate, vt forma sibi opposita bonitate Dei, sed bonitate, & rectitudine creata & ideò per hæc cognoscuntur, malum pænæ, vt cæcitas & mors, non privant Deo sed effectu Dei v.g. visu & cæcitate: ergo per istas bonitates debent cognosci, malum in communi dicit privationem non boni divini (alias nulla esset ratio mali, quia vbi est infinitum contrarium totaliter destrueretur alterū, sicut si lux solis esset simpliciter infinita, non posset esse vllæ tenebræ in mundo, Deus autem est infinitum bonum simpliciter, quare si malum in communi illi opponeretur, non esset aliquod malum) sed boni creati, sed privatio debet cognoscit per oppositum: ergo per bonitatem creatam malum cognosci. Deus cognoscit mala culpæ Gen. 6 *Vidit Deus multas malitias hominum*

Psal. 50. *malum coram te feci.* Ezachiel 8. *manifestat Deus oculta peccata hominum* Psal. 59. *multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te* Deus cognoscit mala pænæ, Isaiæ 45. *ego Dominus faciens pacē, & creans malum* Amos 3. *si est malum in civitate, quod Dominus, non fecerit*. Deus cognoscit mala naturę, vt defectus & privationes, Psal. 8. *scit monstra antequam fiant, & eventus temporum.* Deus cognoscit malum, non per propriam speciem, sed per speciem & idæam boni. Deus non cognoscit peccata per scientiam approbationis, sed solum per scientiam visionis. Deus cognoscit scientia approbationis omnia mala pænæ & omnia mala naturalia, vt corruptiones &c. nam mala pænæ habent rationem boni moralis per quæ reducuntur homines ad ordinē divinæ iustitiæ, & mala naturalia ordinantur ad integritatē, & perfectionē vniversi. Deus per scientiam approbationis, non cognoscere peccata docēt Sap. 14. *odiò est Deus impius & impietas eius*, Sap. 11. *nihil odisti eorum quæ fecisti*, Abacuc. 1. *mundi sunt oculi, ad iniquitatem non respicis.*

Ad primum ergo dicendum, malum culpę esse per prius, & immediatus privationem boni, rectitudinis creatę, & ideo per hanc

cognosci, sicut tenebrę per lucem cognoscuntur.

Ad secundum dicendum, quòd tenebræ, & lumen immediate opponuntur privative, & ita si lumen esset cognoscitivum tenebras per se cognosceret, mala culpæ v. g. immediate privative opponuntur bonitati creatæ, & ideò Deus cognoscendo suam essentiam cognoscit bonitates creatas, & per illas cognoscit mala.

ARTICVLVS. XVI.

Vtrum Deus cognoscat infinita cathegorematice.

VIDETVR Quòd non, (ita Duran. Marsil. Aureol. Maior. Almain. Vega, Valent) infinitum sive secundum magnitudinem, sive secundum multitudinem non est dabile: ergo nec cognoscibile.

Præterea, Deus non cognoscit totam multitudinem divisionum continui: ergo nō

cognoſcit infinitum cathegorematice,

Sed contra eſt, quia ſcientia Dei attingit omnia ad cuæ ſe extendit eius omnipotẽtia, quia ſcientia Dei comprehendit eius omnipoten'iam, ſed omnipotentia Dei extendit ſe ad infini'am multitudinẽ in genere ſubſtantiæ & accidentium, nam ſi ponerentur in actu omnia ad quæ ſe extendit Dei omnipotentia reſultarent infinita: ergo:

Reſpondeo dicendum, Deus cognoſcit ſcientia ſimplicis intelligentię infinita cathegorematice in genere ſubſtantiæ, & in genere accidentium; quia infinitum cathegorematice, eſt multitudo in qua, non eſt prima & vltima vnitas, talis autem eſt multitudo ſubſtantiarum, & accidentium quæ Deus cognoſcit ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, nam ſi eſſet ſignare vltimam ſubſtan'iam, avt vltimum accidens, quod Deus poteſt producere, præſigeretur terminus aliquis ſignatus, & finitus omnipotẽtiæ Dei, & ſic eſſet finita & limitata. Deus per ſcientiam viſionis, non cognoſcit infinitas ſubſtantias, quia generationes non fierant, neque erunt perpetuæ, Deus ſcientia viſionis cognoſcit infinita accidentia cathegorematice, nam cogitationes, & volitiones erunt infinitæ à parte rei ſuccefsive in mé-

ſura

sura nostri temporis, sed quidquid successive est vel erit a parte rei in mensura nostri temporis est simul; & in actu in mensura æternitatis, quæ indivisibiliter ambit omne tempus:, ergo in ordine ad mensuram scientiæ Dei quę est æternitas, simul & in actu sut illi præsentes infinitæ cognitiones, & volitiones hominum, & Angelorum: ergo intuitive cognoscit infinita in actu cathegorematice in illo genere.

Ad primum ergo dicendum: vt infinitum cognoscatur satis est quòd habeat esse in potentia Dei quæ nullis terminis clauditur, & ad infinita se extendat, quantum est de se, vt autem non posit produci a parte rei sufficit, quòd repugnet ex parte termini, nõ x parte Dei.

Ad secundum dicendum, quòd Deus non dicitur intelligere omnem divisionem cõtinui quasi deveniat ad vltimam, extra quam non posit dari alia, hoc enim est impossibile, sed quia videt omnem possibilem divisionem, in duas medietates, in quartas vel octavas, & sic in infinitum.

ARTICVLVS. XVII.

Vtrùm futura absoluta sint realiter Deo præsentia in æternitate.

VIDETVR Quod non, (ita Scot. Durand. Gabr. Greg. Suar. Vazq. Val, Erize) Gen. 1. *In principio creavit Deus Cælum, & Terram* Psal. 98. *priùs quam montes fierent, aut formaretur Terra & Orbis, sæculo, & vsquè in sæculum tues Deus,* quo denotatur creaturas, non fuisse ab æterno, sed incæpisse in tempore, & solum Deum esse ab æterno in æternitate.

Præterea, creaturæ non existunt ab æterno in æternitate, nam ipsæ incipiunt existere in æternitate: ergo non Deo ab æterno in æternitate coexistunt.

Præterea, prius est rem esse in se quam in aliena duratione, sed ab æterno creaturæ non est in se: ergo nequè ab æterno est in mensura æternitatis.

Præterea, quòd verificatur de creaturis

ris secundum suam durationem verificatur; de illis in æternitate, sed verificatur de illis in propria duratione, quòd incipiunt esse: ergo id etiam vereficatur id æternitate.

Præterea, immensitas Dei, non est abæterno præsen omnibus locis futuris, nec loca futura replentur Dei immensitate: ergo nec res futuræ abæterno continentur in æternitate.

Præterea, alias non possent creari in tempore, nam creatio non præsuponit aliquid rei, quæ creatur, quare si presuponerentur in æternitate, non possent creari,

Præterea, quoties aliqua coexistunt cum tertio, eo existent inter se, sed non omnia futura inter se eo existunt: ergo non coexistunt æternitati.

Præterea, alias futura contingentia naturaliter cognoscerentur ab Angelo in suo ævo, quòd est totum simul mensura Angeli, amplectiturque omnia tempori futura.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1 part. q. 16. art. 13. & 9. & q. 57. art. 3. & 1. Cont. Gent. cap. 66. & 67. & de Verit. q. 2. art. 12. & de malo q. 2 art. 3 quem sequuntur Nazar, Zumel, Gonzalez, Alvarez, Navar. Bannez Caietanus, Ferr. Capreol. quando

evecuerit Doctr. Aug. L.4. de Trin. cap. 17. L.2. ad Simplicia. quæst. 2. Boet. L.2. de cōsolat. prosa vlt. Hilar. 12. de Trinit. Ansel. de concordia lib. arb. & præd. cap. 3 Bernard Hugo Vict. Tostat.

Respondeo dicendum, futura omnia esse Deo præsentia ab æterno in mensura suæ æternitatis, nonsolū præsentia obiectiva sed etiam physica quam habent in nostro tempore: quia æternitas est mensura infinita, & indivisibilis quæ sine aliqua successione continet omne tempus præsens, præteritum, & futurū quare omnia futura nobis sunt illi actu realiter præsentia, item Deu, ratione suæ immēsitatis, non potest non continere actu præsentialiter physicè omnes differentias loci, pariter: ergo Deus ratione suæ æternitatis, non potest non continere actu præsentialiter physicè omnes differentias temporis præsentis, præteriti, & futuri, item quia alias aliqua essent præterita eternitati, & aliqua essen futura toti æternitati, & extra totam æternitatem hoc autem derogat infinitati indivisiblli æternitatis quæ est tota simul indivisiviliter continens, differentias temporis.

Ad primum ergo dicendum, Deum esse ab æterno in sua æternitat, vt in mensura pro-

proprie, creaturas esse in æternitate, vt in mẽ sura inadæquata, & excedenti.

Ad primum ergo dicendum, creaturas incipere esse in tempore, vt in sua duratione propria, & adæquata, per quòd esse sunt in æternitate Deo coexistentes ab æterno, vt in mẽ sura excedenti.

Ad tertium dicendum, quòd creaturæ per illud esse quòd habent in tempore, vt in mensura adæquata existunt, ab æterno in æternitate, vt in mensura communi.

Ad quartum dicendum, verificari de creaturis, quòd incipiunt esse in sua mensura temporis, non autem incipiunt esse respectu æternitatis taliter vt non semper illas realiter continuerit.

Ad quintum dicendum, quòd relatio immensitatis Dei in ratione præsentis fundatur in actione transeunte, ratione cuius dicitur Deus replere res quia illas producit vel cõservat, vnde non est in illis, nisi cum in tempore eas producit vel conservat, cæterum ratione æternitatis res dicuntur esse in Deo, vt in mensura infinita excedenti, & invariabiliter.

Ad sextum dicendum, quòd creaturæ secundum illud esse quo creãtur in tempore

ex-

existunt in æternitate, non per aliud esse diversum, & ideò creantur in tempore.

Ad septimum dicendum, quòd creaturæ Deo coexistunt in æternitate, cum: ergo ęternitas contineat tempus, & vnum tempus non contineat aliud, cretaturę quæ habent esse in diversis temporibus coexistunt Deo, minime autem coexistunt sibi.

Ad octavum dicendum, quòd futura cótingentia respectu mensuræ æternitatis coexistunt formaliter, ceterum respectu mensuræ ævi Angelici solum coexistunt materialiter, ævum non continet tempus sub se formaliter sicut mẽsura superior formaliter actu continens inferiorem, sed potius sunt duæ mensuræ ad invicem divisę, realis præsentia rerum futurarum in æternitate, vt se tenet ex parte æternitatis est ratio proxima certitudinis divinę cognitionis circa res futuras: quia vnumquodque est cognoscibile certo, vt habet in se ipso esse determinatum, & realiter præsens cognoscenti, at æ ternitas Dei est ratio quare res futuræ attingantur à divina cognitione in se ipsis, vt habent esse determinatu & pręsens realiter cognoscenti, & ideò presentia rerum in æternitate, vt se tenet ex parte æternitatis est ratio proxima divinæ certitudinis

tudinis,& ſcientiæ de rebus futuris,vt cogn tis in ſe ipſis ex parte rei cognitæ,hæc præſen tia etiam eſt ratio concordię certitudinis ſciē tiæ Dei cũ libertate noſtri arbitrij: ſicut enim contigentia ſeſsionis Petri , non tollitur per hoc quòd ego videam illum ſe dere dũ ſedet, ita contingentia rerum,non tollıtur per ſcien tiam Dei quia terminatur ad res,vt ſunt ei rea liter præſentes,futurum contingens in quantum eiuſmodi,non eſt certo cognoſcibile,vn de debet cognoſci in decreto divino , & in æternitate ad quòd Deo realiter præſens datur in Deo ſcientia intutiva , futura conditionata ſolum cognoſcuntur in decreto divino.

ARTICVLVS. XVIII.

Vtrum Deus cognoſcat futura abſoluta

VIDETVR Quod non,(varij fuere errores in negando ſcientiam divinam circa hęc futura videndus à Caſtro)alias colleretur libertas arbitri creati quia

quia scientia Dei non potest falli.

Præterea. ex medio necessario, non cognoscitur contingens, sed medium quo Deus cognoscit est essentia sua quæ est ens necessarium: ergo.

Sed contrà est illud Isaiæ, *Annuntiate quæ ventura sint, & scietis quia dij estis vos*: Sap. 8. *de futuris æstimat, scit eventus seculorum.* Ecclesi. 23. *Deo omnia sunt cognita.*

Respondeo dicendum, Deum certo, & infallibiliter cognoscere omnia futura absoluta, alias non posset prudenter, & providè regere vniversum, nec res creatas in suos fines dirigere; item quia hæc sunt cognoscibilia, cùm autem scientia Dei, non sit limitata sed extendat se ad omne cognoscibile, cognoscentur à Deo, item quia vt actu existunt à Deo, cognoscuntur, quare antequam existerent cognoscebantur à Deo; nam divinæ scientiæ nulla potest fieri additio, non potest Deus aliquid de novo cognoscere, cum hoc repugnet infinitati divinę scientiæ hæc cognitio Dei, non tollit libertatem arbitrij, nec contingentiam effectum, Ecclesi. 15. *Deus ab initio constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui*: nam divina scientia est efficacissima attingens non solum substantiam effe-

effectus, sed etiam eius modum secundũ quẽ vult Deus illum produci, sed propter perfe-ctionem vniversi vult Deus multa fieri contingenter, & ideò scientia Dei, non destruit hũc modum contingentiæ, Deus non cognoscit hæc in cognitione comprehensiua qua cog-noscit lib, arbitr. creatum, & alias causas contingentes, quia in causa indifferenti, non magis inclinatus ad vnã partẽ quam ad aliam nõ potest cognosci effectus eius futuri certo, quia causa sic indifferens ęqualiter se habet ad v: ramquè partẽ Deus non cognoscit, hæc ex simplici intuitu veritatis determinatæ quã habent propositiones, cõtingentes de futuro, quia futura, vt sic, & pro tempore futuritio-nis nullam habentex se cognoscibilitatẽ, quia nullam habent in se existentiam, neque determinationem in se ipsis cum non habeant existensiam, nec in suis causis contingentibus, nã causa contingens nullam habet determinationem sed in differẽtiam respectu effectus, pręsens in se ipso determinatum est, ideò in se ipso est cognoscibile, præteritum, non est cognoscibile nisi ratione determinationis quam habuit dum erat præsens, & eadem est ratio ne futuro respectu determinationis quam aliquamdo habebit, quare ad certam scientiam

eorum quærendum est medium, quo cognoſcantur, vt habent eſſe determinatum de præſenti, menſura oppoſitionis contradictoriæ non eſt inſtans rationis, ſed inſtans verum & reale, vnde in quolibet inſtāti reali temporis vel æternitatis vna propoſitionum contradictoriarum debet eſſe determinate vera, & altera determinate falſa, non in quolibet inſtanti rationis, quia in 1. illo inſtāti rationis quod aſsignamus diuinæ ſcientiæ vel pro ſuo obiecto primario, vel pro creaturis poſsibilibus, vt ſic nondum intelliguntur eſſe determinate veræ propoſitiones de futuro abſoluto, nec falſę.

ARTICVLVS. XIX.

Vtrûm Deus cognoſcat futura conditionata.

VIDETVT Quòd non, talia futura conditionata, non poſſunt certo cognoſci in ſe ipſis, quia numquam erūt ne-

non in determinatione divinę volūtati, quia nihil Deus de illis decreabit ergo.

Præterea, idæa vel species, non reprę-sentat hæc futura, nam idæa divina vel specię quæ est essentia divina ante determinationē, divinæ voluntatis solum repræsentat possibilia, & post determinationem divinæ volunta-tis repræsentat solum res quæ absolute erūt: ergo.

Sed contrà est, quia talia futura revelantur Prophetis, *nisi Dominus sabbaoth, reliquisset nobis seme sicut Sodoma essemus*: ergo talia futura cognoscuntur à Deo.

Respondeo dicendum, Deus cognoscit futura cōditionata, vt pat. ex 4. Reg. 13 *si percussisses quinquies, vel sexies, sive septies percussisses Syriam vsque ad consummationem*, vbi quamvis illa conditio ex natura rei nullā habeat connexionem cum veritate vel necessitate determinata consequentis tamen ex decreto libero Dei habet illam, nam vel Deus decrevit, quòd posita illa conditione sequatur consequens, vel decrevit, quod non sequatur, & etiam pat. ex Reg. 33 *si permanseris in Zeila tradent te*, vbi dictum est quod si David maneret in Zeila traderetur, *Sauli, & ex illo Math. 11. si in Tyro & Sydone facta fuissent vir*

tutes quæ in te factæ sunt, pænitentiam egissent, hæc conditionata si produxero hominē erit substantia, si Petrus cucurrerit movebitur, si decrevero absolute, quòd Petrus pæniteat ille pænitebit, cognoscūtur scientia simplicis intelligentiæ naturali, & necessaria.

Ad primum ergo dicendum, quòd in decreto suo libero cognoscit Deus certo, & infallibiliter talia futura conditionata, v. g. *si in Tyro & Sidone*, &c. *si percussisses*, &c. *si mansisses*, &c.

Ad secundum dicendum, quòd præsupposita determinatione divinæ voluntatis essentia divina, vt species, & vt idæa, non solū repræsentat futura absoluta, sed etiam conditionata, nā quia de illis determinavit, quod essent absolute, repræsentat illa, vt absolute futura, quia autem de his determinavit quod essent si poneretur certa conditio ideò repræsentat ista futura sub tali condione

ARTI-

ARTICVLVS.XX.

Vtrum Deus certo, & infallibiliter cognoscat conditionata futura.

VIDETVR Quod non, nam Gen. 3. dicitur, *ne forte sumat de ligno vitæ, & comedat* Deut. 4 *custodite solicite animas vestras, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem*, illa dictio, *ne forte*, dubitationem innuit.

Præterea, talia futura solum habent esse in inclinatione suarum causarum, sed, vt sic non habent esse determinatum, & certum, ergo.

Sed contra est, illud 3. Reg. *Salomō adamavit mulieres alienigenas, super quibus dixit Dominus filijs Israel, non ingrediemini ad illas, certissime avertent corda vestra.* Aug. l. de sex. quæstionibus contra Porphyr. & L. de bano persever. l. 9.

Respondeo dicendum, Deus certo, & infallibiliter cognoscit hæc futura conditio-

nata: quia Deus revelat nobis hæc futura: quare de illis habet certam cognitionem: item quia cognitio dubia repugnat scientiæ infinitæ, perfectissimæ, & comprehensivæ Dei: in Deo debet poni cognitio formalis eorū; quia cognitio virtualis, non est cognitio perfecta explicita, & distincta, in Deo sunt decreta formaliter circa ea, quia ad perfectionem divinæ providentiæ pertinet providere, & decernere, non solum quæ de facto futura, sunt sed etiā illa quæ forent, si talis, vel talis poneretur conditio.

Ad primum ergo dicendum: illam particulam ibi, non importare dubitationem, sed donotare liber. arbitrij, nostrum, & contingentiam effectus non tolli per scientiam Dei.

Ad secundum dicendum, talia futura certo, & in fallibilliter omnimoda certitudine, & infallibilitate cognosci ex vi decreti existentis in Deo.

ARTI-

ARTICVLVS. XXI.

Vtrùm Deus futura conditionata cognoscat in suo decreto.

VIDETVR Quòd non, nam talia decreta essent otiosa, quia perinde essent ac si Deus nihil decerneret cum nullus effectus ex vi eius ponatur ad extra.

Præterea, si effectus est peccaminosus, licèt conditio pendeat à voluntate hominis, non habet Deus decretum de tali effectu: ergo.

Præterea, si v.g. conversio Tyriorum & Sidoniorum cognosceretur ex vi decreti, illud esset præ determinativum, sed non compatitur hoc cum nostra libertate: ergo.

Sed contra est, quia hæc futura revelátur à Deo, & dependēt ex libero Dei decreto circa illa in particulari, quare nisi hoc Dei decretum præsuponatur in Deo, futura non forent etiam sub conditione, & in eo debet

cognosci, videndus Aug. lib. 1 de præd. Sãct. & cap. 9. Prosper in Epist. ad August. Div. Thom. 1. Cont. Gen. cap. 49, & 50. August. lib. de bono persev. cap. 17.

Respondeo dicendum, futura conditionata contingentia, & libera bona non habere determinatum esse nec certo cognosci posse nisi præsupositó decreto Dei, præ existẽte in illo quo præ determinat, & præ difinit talia futura in particulari sub aliqua conditione inclusa, ex parte obiecti, quia nullus effectus potest extrahi à ratione purè posibilis ad rationem futuri aliquò modo sine aliqua determinatione actu existente in 1. causa, quia divina voluntas ex se indifferens, est ad fore vel non fore illius futuri, & ideò manẽte divina volũtate sub hac in differẽtia, ille effectus solũ habet rationẽ posibilis per ordinẽ ad primã causã & nullo modo per ordinẽ ad illam habet rationem futuri magis quam non futuri, ac proinde futura conditionata, non habent determinatum esse in ratione futurorum, nec veritatem determinatam, nisi præsuposita aliqua libera determinatione voluntatis causæ primæ circa illa in particulari, quia causa prima ... æ de se est indifferens ad fore vel non fore ... alia futuri, non determinatur ad fore nisi per decre-

decretum liberum, item, effectus non habent rationem futuri nisi per dependentiam ad causam at omnis dependentia effectus ad causam secundam includit dependentiam ad causam primã, quare si ille effectus est futurus penes dependentiam ad causam secundam, etiam est futurus penes dependentiam ad causam primam, sed seclusa determinatione divinę volũtatis per decretum liberum, ille effectus per habitudinem ad primam causam non habet, rationem futuri potius quam non futuri, quia prima causa se cluso decreto libero indifferẽs est ad vtrùmquè, quare non potest extrahi effectus à ratione pure possibilis ad rationem futuri, non pręsupposito decreto libero existẽte actu in Deo quo ea cognoscit.

Ad primum ergo dicendum: decreta absoluta ex parte actus, conditionata ex parte obiecti, non esse otiosa in Deo, sed valde pertinere ad perfectionem divinæ providentiæ, cum einim Deus possit velle quãcumquè bonitatem etiam sub conditione futuram suspensa maneret divina voluntatas, & imperfecta, si ab æterno non decrevisset, vt talis bonitas foret sub illa conditione vel non foret.

Ad secundum, quod Deus præ determinat ad materiale peccati, & habet decretũ

in quo decreto illud cognoscit.

Ad tertium dicendum, decretum absolutum efficax actu in Deo existens non tollere libertatem, eo quòd Deus decernit efficaciter substantiam, & modum actus hoc est vt fiat libere si petit libere fieri, legendi Navarrete, Gonzalez, Alvarez, Cabr. Nazar,

ARTICVLVS. XXII.

Vtrùm in Deo detur scientia media

VIDETVR Quod sic (ita affirmant Molina, Suarez, Erice, & omnes Patres societatis) Math. 11. *væ tibi Bethsaida, væ tibi Corozain, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent*, quo loco futurum sub conditione prædixit Christus, D. quòd cognoscit per scientiam mediam antecedenter ad decretum liberum de eligendis sub illa conditione Tyrij, & Sydonijs, dando illis specialiora auxilia, nempe congruentia, & efficatia, quæ non dedit

dedit Iudæis quibus exprobravit.

Prçterea, quia decretum illud existēs in Deo, sub illa conditione inclusa ex parte obiecti superflue poneretur cum, illa conditio dependeret à Deo, & à nobis

Præterea: quia tunc non haberet locum obiurgatio, siquidem Tyrij, & Sydonij inquorum cōparatione exprobrantur Iudæi, maiora auxilia recepissent, quç si data fuissēt Iudæis, vtiquè & ipsi pœnitentiam egissent.

Præterea, Sancti vt respondeant quæstioni cur Deus licet sciret primos homines & Angelos si crearētur esse peccaturos & lapsuros esse à gratia creavit eos admittunt Deum cognovisse certo tam primo hominse, quam Angelos aliquos si crearentur esse peccaturos, hoc autem est admittere scientiā mediam: ergo assumptum pat. ex P. Hier. l. 3. Contra. Pelagianos, cap. 2. Tertul. 2. Cōtra. Martion. cap. 5. & 6. Damas. L. Con. Manich, Theodoret. Aug. L. de corrept. & Grat. cap. 8. L. de bono perseu, cap. 9.

Præterea, nam hæc scientia vtillisima est ad Dei providentiam supernaturalē quam gerit de actibus liberis Angelorum, & hominum, vt enim prudenter & ex certa intentione illos posit eligere necessū est, vt prænoscat

noſcat quo tempore, qua opportunitate, qua vocatione excitati præſtabunt ſuum conſenſum.

Præterea, ſi hæc enumerata non præcognoſcit Deus per ſcientiam mediam antecedentem ſuum decretum liberum eligendi ad fidem vel perſeverantiam in illa deberet id ſcire ex præſuppoſito ſuo decreto præ determinante abſolute, & efficaciter, quòd iſte ille crederet, vel perſeveraret, ſed hoc decreto tollitur libertas, cum eius ſuppoſitio ſit antecedens determinationem voluntatis creatæ.

Præterea, per hanc ſcientiam conciliatur libertas arbitrij noſtri cum providentia & prædeſtinatione Dei, quia ſi Deus per eã cognóſcit quid voluntas creata ſit electura ſufficientibus auxilijs gratiæ preventa in tali ordine, optime intelligitur, quòd poſſit Deus certo, & efficaciter intendere actum, & finem ad quem illam movet non lædendo eius libertatem.

Sed contra eſt, authoritas Aug. lib. 1. de præd. ſanct. cap. 9. & 18. 14. lib. de bono perſever. cap. 9. lib. contra duas epiſtolas Pelagionor. cap. 7. lib. de anima & eius origine 1. cap. 12. teſtimonia. S. Sciptura. SS. Patrũ præſertim Auguſtini, & Próſperi legenda in-

Alva

Alvarez,lib.1 de auxil.disput. & Gonzal. 1.part.quæst.14.art.13.disp.41.in eis legẽdi modi varij impugnandi scientiam mediam

Respondeo dicendum, non dari in Deo scientiam mediam, ad huius intelligentiam, considerandũ,scientiam Dei optime, & adæquate dividi in scientiam visionis, & scientiã simplicis intelligentiæ,nam inter obiecta divinæ cognitionis est hoc discrimen,quod aliqua coexistunt extra causas divinæ cognitionis,aliqua autem non coexistunt,& in nobis distinguitur notitia iniuitiva, & abstractiva, secundum quòd obiecta cognita diversi mode coexistunt nostræ cognitioni,sciẽtia simplicis intelligentiæ fertur ad omne posibile, scientia visionis ad obiectum existens , ad quam pertinet scientia approbationis habens ad iũctum beneplacitum divinæ voluntatis, in Deo ita clare est,& perfecta scientia simplicis intelligentiæ sicut sciẽtia visionis,& ideò hæc membra non differunt ex parte scientis (nõ diversi ficant in Deo duo attributa, vtraquè dicit vnam perfectionem) sed solum penes diversas conditiones obiectorũ secundũ, quòd præsentialiter existũt vel non existũt, privationes,& negationes quæ in aliqua differentia existunt existentia obiectiva, & fundamenta-

damentali ſcientia viſionis cognoſcuntur à Deo, cæterū negationes, & privationes quę in nulla temporis exiſtunt, poſſent tamē exiſtere ſi fingerentur ab intellectu cognoſcit Deus ſcientia ſimplicis intelligentiæ, licet futura conditionata, libera quæ præſuponunt decretum exiſtens in Deo, circa illa nō erūt abſolute exiſtentia tamen quia habent exiſtentiam in determinatione cauſæ primæ abſolutam ex parte ſubiecti, & conditionatam ex parte obiecti cognoſcūtur à Deo per ſciētiam viſionis, licet detur medium inter abſolute poſsibile, & abſolute futurum, non tamen inter ſcientiam viſionis, & ſimplicis intelligentię ſicut inter notitiam abſtractivam, & intuitivam, non datur medium, nec inter exiſtens, & nullo modo exiſtens, ſcientia futurorum conditionatorū quæ habetur in S. Scriptur. & SS. Patrib. eſt omnino diverſa ab ea quæ vocatur media, quia illa libera eſt præſuponens decretū præ|difinitivum in Deo bonorum operū ſub conditione, vel permiſsivū malorum, & eſt ſcientia viſionis; hæc antecedere aſſeritur decretum liberū actu exiſtēs in Deo, & ſimiliter futura conditionata libera habere eſſe determinatum ante hoc decretum exiſtens in Deo, quæſtio de poſsibilitate

tate scientię mediæ vel de eius implicatione, non est de nomine sed de regravissima, an futura conditionata libere antecedēter ad præ definitionem Dei circa illa determinate sint futura, ac pro inde an cognoscantur à Deo antecenter ad suam divinam præ definitionem, hanc controversiam vtrùm concedenda sciētia media aliqui novam esse testantur, alij nō esse novam sed antiquam probant ex epistola prosperi ad Aug. vbi ei proponit 3. quæstiones explicandas, & epist. Hi arij Arelat. ad Aug. & ex responsione Augustini libro de præd. cap. 9. & 10. scientiam mediam non dari suadetur quia ante decretum Dei efficax conditionatum ex parte obiecti, nullum est huius scientiæ obiectum nam ante hoc decretum nullum est futurum sub conditione, vel enim conversio Petri; v.g, vt est futura sub conditione habet alium statum, quam vt est tantum possibilis, vel non si non habet cognoscetur per scientiā qua cognoscitur vt possibilis, si habet, habet à divina voluntate eiusque decreto efficaci, eòquod nihil potest actu fieri, vel esse in rebus creatis, nisi Deo libere volente 2. conversio conditionata Petri; v.g. vel habet aliquid distinctum cognoscendum quòd non habet vt præcisse possibile

le, vel non habet solum est obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ, si habet novam veritatem quam non habet, vt posibilis, actu habet alium statum, ac pro inde actu est mutatio à statu posibilitatis ad statũ futuritionis conditionatæ, hæc autem mutatio non est in Deo vt pat. vel est à Deo, & tũc fiet à Deo per actualem influxum diving voluntatis; qui non potest pro venire, nisi ab actuali decreto divinæ voluntatis, si talis mutatio est à Deo, aliqua mutatio actualis fiet in reb. creatit absque influxu causę primæ, quæ non aliter influit, nisi per actuale decretum suę voluntatis, 3. posito obiecto futuro conditionato ante decretum, aufertur à Deo ratio primę causæ, primi liberi, ptimi determinãtis, & primi auctoris gratiæ, quia ei debetur, vt primæ causæ, primo determinãti, primoquè authori gratiæ, conversio futura Tyriorum, v. g. à quo primo orta est eius futuritio, sed hæc non est primo orta Deo, nam neque orta est à Deo necessario, alio qui necessario foret, nequæ libere, nihil enim à Deo libere oriri potest, nisi per liberum decretum, & cõsequẽter post illud, quare si futura conversio Tyoiorum, non est post, sed ante decretum, non crietur libere, 4. alias hæc conversio Tyriorũ v. g.

v.g. futura esset à casu respectu Dei, & præter eius intentionem, quia futura esset præter eius voluntatem, quia quantum est ex parte Dei non est magis volita conversio, quam ommiſſio conversionis si non ponitur decretum, ex parte Dei quòd terminetur ad conversionem, 5. posita hac scientia media aufertur à Deo prædestinatio, nam per eam prævideret Deus cum ęqualibus auxilijs Petrum fore salvandum, damnandum vero Paulum pro innata eorum voluntate, ac pro inde quãdo Petrus de facto salvatur, Deus non habet erga illum maiorem affectum, quam erga Paulum alio quin si ex maiori affectu Dei salvatur de facto ac fuit is quo præ visus est sub cõditione salvãdus scientia qua præ visus est in statu conditionato falsa fuisset, si quidẽ ex illo influxu primę causæ qua præ visus est in illo statu conditionato non potest cum effectu salvari posita conditione, prædestinatio autem nõ est absque maiori affectu Dei erga prædestinatos quam erga reprobos, & ideò sciẽtia media posita non est in Deo prædestinatio, 6. si v.g. actus meæ voluntatis esset futura ante decretum non libere, sed necessario fieret, quid quid enim competit rebus ante decretum, necessario competit, eo quod prima ratio liberta

tis eſt divina voluntas,ſicut poſsibilitas competit rei neceſſario,quia ante decretum eſt,& etiam,quia omnipotentia ſola niſi applicetur per decretum tantum poteſt eſſe radix poſsibilitatis,7.illa futuritio cõditionata eſt determinatio realis,non prima,ſed ſecunda,,quare implicat,quod non ſit ex decreto,& influxu eius,quia nõ poteſt pro venire præciſe ab omnipotentia,cum illa determinatio differat à poſsibilitate,8.hæc determinatio differt a determinatione poſsibilis, ſicut futura cõditionata à poſsibilibus,& hæc determinatio eſt actualis,ac pro inde à decreto divino actuali,9. futura conditionata actu fundant determinatam,& infallibilem veritatem,actu ergo habet infallibilem determinationem, at hanc determinationem,non habẽt ex ſe ipſis ex cauſa ſecunda in differenti ex igitur ergo decretum à quo habeant hanc determinationem infallibilem,10.voluntas divina nequit manere ſuſpenſa,& impotentia reſpectu horum futurorum,& enim eſt actus puriſsimus,eſt igitur in ea decretum quo vult ea fore ſi ponatur cõditio,11.futuritio conditionata eſt poſitiva & realis determinatio omnino infallibilis ad exiſtendum ſub conditione, hanc non poteſt habere actus liber in cauſa ſecunda, quare eá habet

habet in decreto actuali primæ, 12. aliter si habet causa prima erga hæc futura, quam erga possibilia, quare aliter est in ea actu decretum quo actu influit in hæc futura, alioqnin eodē, pacto cōpararetur ad hæc futura, ac circa possibilia, non influens actu, sed potens influere: non datur ergo scientia media.

Ad Primum ergo dicendum, non oportere, quòd auxilia præparata sint æqualia, vt vnus per conparationē ad alterum posit exprobari, sufficit enim, quòd ille, qui reprahenditur habuerit sufficiens auxilium quo posset si vellet, Deo obedire, etenim omnes reprobi in die iudicij per comparationem ad ipsum. Christū D. qui obediēs factus est vsq; ad mortem merito reprehendentur, & similiter per comparationem ad Apostolos, qui tamen maioribus auxilij sunt donati,

Ad secundum dicendum, non esse superflua hæc decreta in Deo, nam in virtute illorum, non manet suspensa diuina voluntas & v:eis futura conditionata certo, & infalliter cognoscantur, & pertinent ad causalitatē diuinæ voluntatis, hoc decretum non opponitur cum decreto efficaci absoluto, non existendi huius futuri, sicut nec opponitur volūtas dandi gloriam Iudæ cum decreto, non cō

K ferendi

conferendi, ex hi huius decreti in futuro cōditionato nihil fit actu; vt est in se ipso existēs bene tamen prout virtute existens in causa, nequè verò ad hanc mutationem quam in causa recipit futurum expectat conditionem, sed ad eam mutationem, quam in se ipso, & in propria existentia haberet; quòd nequè est, neque fit actu in se vel in causa nequit actu mutari, quòd est aut fit saltem in virtute, & secundā quid in sua causa potest suscipere mutationem, futurum autem conditionatum neqnè est neque fit actu in se ipso, & impropria existentia, bene tamen in virtute suæ causæ.

Ad tertium dicendum, iam patere quo pacto merito reprehensi fuerint Iudæi sufficit enim quòd ille qui reprehenditur habuerit sufficiens auxilium quo posset, si vellet, obedire Deo.

Ad quartum dicendum SS. Patres nō admisisse hanc scientiam mediam, sed solum scientiam præsuponentem decretum liberum circa futura conditionata libera, quæ est visionis.

Ad quintum dicendum, sine scientia media optime, Deum providere de actibus liberis Angelorum, & hominum, cuius providentia fortiter, & suaviter disponit omnia, si

fortiter

fortiter, efficaciter, si suaviter, non lædendo potius stabiliendo libertatē actuum cū Deus sit primum liberum à quo omnis libertas sicut ab eo qui primum ens est omne ens dimanat.

Ad sextum diceudum, decreto efficacissimo prę determinativo, & prę difinitivo nō tolli sed ad strui, non lædi, sed stabiliri libertatem actuum quia attingit substātiam actus, & modum eius secundum quem petit liberū, ideò supposito decreti divini potius ad struit substantiam, & modum effectus attingens efficaciter, & licèt sit prius tamen, non infert necessitatem antecedentem cum sit decretum primæ causæ se attemperantis causæ secundę; & præ difinit substantiam effectus, & modum eius, vt taliter voluntas producat actum quòd libere producat relinquendo ex parte intellectus in differentiam qua manente cnm iudicio indifferenti voluntas libere actum produeit.

Ad septimū, dicendnm, quòd seclusa scientia media optime conciliatur libertas cum pro videntia prædestinatione, scientia Dei, nam decretum prę difinitivum ex se efficax, & auxilia, præ determinativa efficacia ex natura sua non lædunt in differentiam iudicij intellectus, nec in differentiam voluntatis ad actū

& carentiam sed potius ad struunt, secum ex suapte natura inferendo actum, & relinquendo in voluntate potentiam ad carentiam actus sicut quando voluntas operatur libere operatur, ita cum sit secundum liberum petit determinari, à primo libero sicut ens creatum dependet à primo ente, vnde quod prædeterminatur à Deo primo movente, non tollit quod libere operetur, de materia scientæ Dei, legendi D. Thom. 1. part. quæst. 14. Caieta. Bannez, Zumel, Navarrete, Gonzalez Nazar, Alvarez.

QVAESTIO. IIII.

De voluntate Dei.

ARTICVLVS. I.

Verùm Deus amat creaturas Possibiles.

VIDETVR Quod sic, (Scot. & Vazq. Richard. & Carthusian. affirmant) bonum est pass̃ive ertis, & se-

sequitur ad essentias rerum, sed creaturæ possibiles habent essentiam: ergo bonitatem.

Præterea, creaturæ posſibiles actu intelliguntur ratione veritatis quam habent: ergo actu amantur ratione bonitatis quam habēt.

Præterea. Spiritus S. procedit ex amore creaturarum posſibilium, ſicut Verbum divinum ex earum cognitione: ergo Deus eas diligit.

Sed contra eſt authoritas D. Thom. 1 part. quæſt. 6. (D. Thomam, ſequuntur Ferrar, Bannez, Zumel, Valen. Gonzalez. Durand. Torres) dicentis poſſibilia non habere bonitatem in actu.

Reſpondeo dicendum, quod eſſentiæ rerum, vt poſſibiles nullam habent bonitatē, in actu, & Deus eas non diligit, ad huius intelligentiam conſiderandum, in Deo eſſe voluntatem, quia in quocumque habente intellectū eſt voluntas conſequens intellectum in Deo eſt intellectus, ac per conſequens in Deo eſt voluntas, Rom. 12. *vt probetis quæ ſit voluntas Dei beneplacens*, voluntas in Deo, non eſt per modum potentiæ in re, quia Deus puriſsimus actus eſt etiam in genere volēdi; velle divinum eſt vt quid conſequens ad naturam divinam conſtitutam primario per intelligere:

Deus vel se, vt finem & alia à se, vt ad finem. Deus vult bonitatem suam ex necessitate absoluta, quia eã habet pro proprio, & principali obiecto; Deus vult alia à se non ex necessitate absoluta, quia sine illis potest esse, diuina bonitas cui nihil perfectionis ex eis accrescit; Deus vult alia à se necessitate ex suppositione, nam supposito quod Deus vult alia à se, non potest esse quod illa non velit, quia non potest eius voluntas mutari. Deus non solum necesitate quo ad specificationem sed etiam necessitate quo ea exercitium amat suam diuinam bonitatem, quia in Deo nulla est libertas ci, ca amorem sui ipsius. Deus non amat ex necessitate absoluta creaturas existentes, Ephes. 1. *qui operatur omnia in omnibus secundum consilium voluntatis suæ*, & existentia creaturarum non habe necessariam conexionem cum perfectione diuina, alias Deus ab ipsis penderet: creaturas possibiles Deus nõ amat, quia Deũ amare creaturas est velle eis bonum, sed Deus non vult bonum possibilibus, quia non vult da e illis esse in actu. Item, quia voluntas increata causat bonit item quam amat, Deus autem nihil causat in creaturis possibilibus. Itẽ, quia essenti e rerum, vt possibiles non habent aliquod esse existentię, ac pro inde nec bonitatem

tatem. Item, quia non amantur amore necessario, hic enim est respectu solius divinæ bonitatis, non libere, quia antecedenter ad actum liberum divinum intelliguntur, vt posibiles.

Ad primum ergo dicendum: eo modo quo aliquid est ens consequitur ad illud ratio bonitatis, vnde sicut ens posibile non est actu ens, sed potest esse in actu, ita etiam convenit ei bonitas in potentia, quia potest habere illam, vnde ea potest amari, tamen actu non amatur.

Ad secundum dicendum, quod obiectum intellectus est ens prout dicit essentiam qua ratione abstrahit ab actuali existētia, verum abstrait ab omni existentia, & solum requirit convenientiam, & commensurationem cæterum bonū est quid materialius, & necessario concernit esse actuale rei, vnde creaturæ posibiles fundant veritatem ob illam convenientiam, quam dicut cum suis essentijs, ratione cuius propositiones quæ in hac convenientia fundantur sunt perpetuæ veritatis, & ideò actu cognoscuntur, ceterum bonum debet superaddere aliquid huic convenientiæ, quod non intelligitur in posibilibus, obiectum voluntatis concernit existentiam, quia fertur in res (Intellectus fertur ad res, vt sunt in ipso)

prout sunt in se ipsis, & cum possibilia careāt existentia non amantur.

Ad tertium dicendum, quod Spiritus S. non procedit ex aliquo amore creaturarum, provt habent esse extra Deum, sed ex amore possibilium, vt habent esse ircreatū in ipso Deo.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm in Deo sit voluntas quæ non impleatur.

VIDETVR Quòd non, (ita Scot. Alens. Bonav. Maior. Marsil.) voluntas circa fieri rei non potest nō esse efficax, sed voluntas beneplaciti in Deo talis est: ergo.

Præterea, si Deus voluntate consequēti, & efficaci vult aliquos non salvare, otiosa est voluntas antecedens qua vult illos salvos fieri.

Præterea, cum aliquis potest aliquem salvare

salvare, & non salvat plane convincitur eum nolle salvare, sed Deus potest omnes homines salvare, & non salvat, ergo illa voluntas, qua vult omnes homines salvos fieri, non est vera, & positiva voluntas beneplaciti.

Sed contra est illud Math. 23. *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti* 2. Petri. 3. *non tardat Deus promissionem suam, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos punire, sed omnes ad pœnitentiam reverti*, 1. Timoth, 2. *qui vult omnes salvos fieri.*

Respondeo dicendum, omnem Dei volũtas consequentem simpliciter, & efficacem sẽper impleri tamen in Deo inveniri aliquam aliam voluntatem beneplaciti antecedentem, quæ non semper impletur (omnis voluntas Dei antecedens est inefficax & quasi conditionata qualis est illa, *qua Deus vult omnes homines salvos fieri*, quæ est voluntas secundũ quid respiciens obiectum secundum se, & in communi, non verò in particulari cum talibus circunstantijs, omnis voluntas Dei cõsequẽs est efficax & absoluta, quæ est talis simpliciter, & absolute, respiciens obiectum in particulari cum talibus circustantijs nam in Deo est vera, & positiva voluntas circa salutẽ plu-

rium quam prædestinatorum, quare cum in solis prædestinatis impleatur, aliqua est voluntas beneplaciti in Deo, quæ non impleatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet voluntas beneplaciti feratur in fieri rei, non tamen fertur nisi in æficaciter.

Ad secundum dicendum, sicut in mercatore proijciente efficaciter merces in mare non est otiosa voluntas antecedens qua vellet eas conservare, nec in Deo est otiosa illa voluntas antecedens in efficax.

Ad tertium dicendum, quod cum aliquis potest aliquē salvare, & nō salvat videtur nolle salvari, si ly nolle, neget volūtatē efficacē, & consequentē verum est, si voluntatem antecedentē, falsum, voluntas Dei est omnino immutabilis, quia voluntas Dei non potest incipere velle, quòd prius non volvit, nec desinere velle, quod prius volvit, divinæ voluntatis non possumus assignare aliquam causá, quia Deus omnia vult vnico actu quo suā bonitatem diligit, quoad activā terminationem, non recte dicitur divinam voluntatem terminari, vel se determinare ad diligendam vnam creaturam quia activè terminatur ad aliam, ratione terminationis possivæ recte potest dici, quòd vnum est propter aliud, cōstituique ordinem

dinē ex parte obiectorum sive volitorum: sicut quando intellectus vnico intuitu conclusiones, & principia apprehendit, & quando pluribus actibus vtrumque cognoscit, licet ex parte activæ terminationis sit differentia, quia in primo vnitas tantum est, in secūdo duplicitas, tamē ex parte obiectorū æquā ratio est terminationis passivæ, quia sive vnico sive pluribus actibus cognoscat, semper tamen obiecta cognita habent inter se sub ordinationem, ita vt principia intelligantur quasi causa conclusionis, & conclusiones veluti effectus illorum, similiter in voluntate, licet vnico actu velit finem & media, tamē finis volitus est propter se, media autem propter finem, ex parte ergo volitorum, & passivæ terminationis sub ordinatio est vnius propter aliud, etiā si activa terminatio vnica tantum sit. Deus igitur vult hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc, id est inter ipsa obiecta recte intelligitur vnum esse propter aliud, nullum tamen illorum est causa quare Deus velit alterum. Deo sola sua bonitas est ratio absolute volendi, quia divina bonitas comparatur ad divinum velle ad modum obiecti primarij, & specificativi, ac pro inde est ratio volendi absolute, sicut cætera bona participatione divi-

næ bonitatis bona sunt, ita vt bonitas Dei sit ratio quare cętera sint bona, sic ratio appetē-di cæteraest bonitas Dei, ita vt sola sua bonitas comparetur per modum finis absolute, & simpliciter, cætera omnia creata per modum medij ordinata ad ipsam, & ipsa vt bonificativa creaturarum, ea quæ divinæ volũtati obijciuntur quædam sunt, quæ inter se naturalem habent ordinem causalitatis, & dependentiæ ad invicem, nec tamen ab illa per efficaciam divinæ voluntatis quasi in exercitio absoluũtur, vel quia essentialis est hæc habitudo, vel quia si solum sit connaturalis tamen Deus libere vult operari iuxta illius exigētiam, in rebus huius generis ordo decretorum Dei assignari debet ex parte obiectorum, & ratio prioris, & posterioris petenda est ex connexione & habitudine seu ordine causalitatis, & quæ sunt prima in intētione, in executione sint vltima, & finis cuius gratia, & finis cui habent rationem quasi vnius obiecti, alia sunt quæ connexionem hanc, & dependentiam non habent ex se, ordinantur tamen ad invicem per divinam voluntatem, in rebus seu obiectis secundi generis sumendus est ordo prioris, & posterioris ex habitudine diversorum effectuum quám ex divina voluntate sortiũtur ita vt

vt illud intelligatur prius volitum, quòd ordinatum est à Deo, vt ratio & finis alterius, & illud posterius quòd ex divina voluntate est propter aliud, in his rebus quæ natura sua ad invicem non ordinantur, accidentalis illis ordo à divina voluntate sæpè illis provenit, supposita ex parte rerum capacitate ad talem ordinem suscipiendum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm decretum ex se efficax prædifinitivum tollat libertatem actuum.

VIDETVR Quòd sic, decretũ Dei efficax tollit libertatem nostrorum actuum, nam tollit contingentiam, habetquè necessariam connexionem cũ existentia actuum: ergo.

Præterea, decreto efficaci necessaria est positio actus quam decernit, quia ipsi est essentialis positio actus, quòd autem est essentiale

est

est necessarium absolute: ergo.

Præterea, determinatio ad existendum, antecedens existentiam actus necessitatem infert, sed determinatio proveniēs à tali decreto antecedit existentiam actus: ergo.

Præterea, suppositio antecedens ordine causalitatis determinationem voluntatis creatę tollit libertatem, sed illa suppositio decreti est antecedens: ergo.

Præterea, voluntas determinata in actu primo; non potest se determinare in actu secundo libere, quia prædeterminatio tollit indifferentiam, & in determinationem.

Præterea, frustra est potentia quæ nō reducitur ad actum, sed posita præmotione ad actum, volūtas nunquam reducetur ad carentiā, ergo frustra est eius potētia ad ommissionem.

Præterea, deficiente prædeterminatione voluntas non potest agere, nam illa præmotio necessaria esset ad agendum, & requisita ad agendum.

Præterea, si Deus ageret necessario, & vellet movere necessario, non aliter efficeret quam imprimendo qualitatem prædeterminantem ad vnum.

Præterea, posita præmotione efficaci actus

actus voluntatis habet necessitatem antecedẽtem, nam quæ provenit à casa quæ suapte nã tura est prior effectu talis est.

Præterea, si positio actus contingenter sequitur præ determinationem: ergo potest non sequi: ergo notitia Dei qua novit hoc futurun potest esse fallibilis, & in certa.

Sed contra est authoritas D. Thom. 1. part. quæst. 19. art. 6 *Cum causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tã tum secundum id quod fit, sed etiam secundũ modum fiendi vel essendi, cum igitur voluntas divina sit ef eac ssima non solum sequitur quod fiãt ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiãt quo Deus fieri vult, vult autem quædam fieri necessa io, quædam contingenter, non propterea effectus volitia Deo eveniunt cõ ingenter quia causæ proximæ sunt contingentes sed, quia Deus vòlvit eos contingenter evenire, contingentes causas à deos præparavit.*

Respondeo dicendum, quòd Deus cõ-currit immediate ad actiones nostras liberas per decretum liberum absolutum, & efficax, internum, & immanens suæ voluntatis, antecedẽs illas ordine causalitatis requisitæ ad earum existẽtiam, Isaiæ 14. *Dominus Deus exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? &*

manus eius extenta & quis avertit eam Prover.8.*preparatur voluntas à Domino*, capit. 21 *sicut divisiones aquarum ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit vertet illud.* Hester.13. *Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, nec est qui tuæ possit resistere voluntati, si decreveris salvare Israel* legendus Aug. in Enchirid. cap. 95 ex Psal. 113. & cap. 102. lib. de corrept. & grat. cap. 14. Deus ergo decernit. nostras electiones bonas antecedēter ad determinationē nostræ voluntatis. Deus per decretum absolutum, & efficax suę divinæ voluntatis ab ęterno prædeterminavit, & prædeffinivit, & in particulari omnes volitiones nostras liberas bonas Ephes.2. *ipsius enim factura sumus creati in operibus bonis, quæ præparavit nobis Deus, est ut in illis ambulemus*: vbi præparabit, idem significat, quod prędestinavit, & præ difiniri vt interpretatur Athanas. ibidem, & cōsētit Aug. L. de pręd. sanct. cap. 10. Prosper. ad capita Gallorum respons. 14. Fulgent. L. c. ad Monimum. D. Thom. ibi Lect. 3. Ansel. & Beda in eodem loco: & Ephes. cap *qui operatur omnia in omnibus secundum consilium voluntatis sua*: en modum efficacissimum concurrendi absolutum voluntatis divinæ, & conditionatum

tum,nam si Deus operaretur per illam voluntatem conditionatam,non operaretur volitiones nostras liberas bonas secundum consiliū voluntatis suæ,sed potius per consilium,& determinationē volūtatis humanæ,quare Deus non concurrit per determinationem nostrā dependente à nostra voluntate, quia tunc nō operaretur secundum consilium volūtatis suę sed potius determinaretur ad operandum secundum consilium voluntatis nostræ. Legendi Dionisys.cap.5.de divin.nomin.circa finem, Chrysost. Theodoret. Epih. Damasc. Dial. Cont. Manich. Prosp. ad cap. Gallor. respōs. 15. Fulg. L. 1. ad Monim. cap. 29. & 30. Leo. Epist. 84. ad Nicetam. August. L. de prædest Sanct. cap. 18. Prosp. L. de vocat. gent. capit. 34. decretum Dei prædeterminans,& prædefiniens actiones nostras liberas bonas est requisitum ordine causalitatis ad earum existentiam, præ determinatio, & præ difinitio immanens divinæ voluntatis absoluta,& efficax de nostris bonis liberis futuris est necessario præ requisita ordine causalitatis ad earum futuritionem,ita vt ordo causalitatis efficacis sit de ratione formali prædeterminationis divinæ, Legendi D. Thom. 1. part. quæst. 22. & 23. dum probat divinam providentiam,& prædestina

destinationem causam esse nostrorum meritorum, Boet. L.4. consol. Prosper. ad capit. Gallor. resp. 15. & ad obiect. Vicent. resp. 12 & 11. Leo. serm. 7. de pass. Dom. Ambr. L. 6. Luc & L. de grat. Christi, cap. 46. August. L. 22. de civit. Dei, Rom. 9. *non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis qui hominis voluntatem bonam & præparat ad iuvandam, & adiuvat præparatam, nolentem præ venit vt velit, ne quisquam de se ipso glorietur & de lib. arbitrio voluntatis, audiat illud Deus est qui operatur in nobis, & velle & operari, & illud non est volentis &c.* Prædeterminatio & prædefinitio divinæ voluntatis de nostris bonis electionibus futuris, non præsuponit scientiam conditionatam mediam earundem bonarum nostrarum electionum futurarum: intrinseca perfectio divinæ voluntatis & providetiæ necessario requirit predefinitionem, & prædeterminationem divinæ voluntatis circa nostras liberas bonas in particulari: prædifinitio Dei de bonis nostris electionibus, non potest esse concomitans cooperationem bonam nostri lib. arb. legendi de his omnibus Gonzal. disp. 57. Alvarez, decretum: ergo ex se efficax nō tollit libertatem si quidē ipsum est quo Deus concurrit ad actiones nostras liberas.

Ad

Ad primum ergo dicendum; decretum efficax non tollere libertatem, ipsique cōpetere connexionem cum existentia nostrorum actuum necessarium non necessitate antecedenti, sed consequenti.

Ad secundum dicendum, quòd decreto efficaci necessaria est positio actus quē decernit, id est necessario illi competit tamquam terminus connotatus suæ efficaciæ, non autē taliter quòd positio actus necessario competat illi necessitate antecedēti, aliud quippè est quòd convenit rei, aliud verò quo modo convenit, nam potest convenire nessario, & tamē id quòd necessario convenit non esse necessarium, & enim causæ in diferenti determinate, & necessario convenit in determinatio, & cōtingentia in agendo.

Ad tertium dicendum, quòd determinatio quę non aufert potentiam ad opositum, non tollit libertatem, talem autem determinationem infert decretum.

Ad quartum dicendum, quòd eiusmodi suppositio decreti potius ad struit substantiam, & modum effectus attingens efficaciter.

Ad quintum dicendum. quòd posita determinatione causæ 1. tollitur in differētia pas

fiva, five mera suspensio, non in differentia quæ est ratio essentialis libertatis ad agendum sicut quando voluntas operatur libere operatur, & si operetur vt se determinans ablata indifferentia passiva & suspensione.

Ad sextum dicendum, posita prædeterminatione voluntatis potest ad actum & ad carentiam, quòd verò non reducatur, non infert frustranitatem, sicut quòd numquam reducatur omnipotentia ad aliũ mundum non est frustra.

Ad septimum dicendum, & si desit præmotio efficax, tamen voluntas potest agere, quia in ea est axilium sufficiens quòd datur ad posse.

Ad octavum, si Deus vellet concurrere ad actum necessarium, tolleret in differentiam iudicij intellectus, & infunderet qualitatem determinatã ad vnum tam, vt quòd quã vt quo per modum naturæ; vt in visione beata, at hæc præmotio nec tollit in differentiã iudicij, nec potentiam ad oppositum.

Ad nonum dicendum, licèt sit prius præ determinatio, tamen non infert necessitatem antecedentem sed consequentem, cũ sit, prædeterminatio causæ 1. se attẽporátis causæ 2. attingens substantiam & modum effectus

tus, vt voluntas eum producat quòd libera producat.

Ad nonum dicendum, satis esse ad certitudinē infallibilē notitiæ divinæ posita prædeterminatione actū esse necessarium necessitate consequenti; sicut Deus certo cognovit, quòd Petrus Christum esset ter negaturus in infallibilitate verborū Christi, & si libere negaverit.

ARTICVLVS, IIII.

Verùm hoc decretum ex se efficax possit frustrari.

VIDETVR Quòd sic, si volūtas creata præmota ad actum amoris poneret carentiam amoris frustraret: ergo si potest ponere carentiā amoris posset frustrare premotionem, & decretum.

Præterea, quòd faceret & actus de facto, potentia efficit de posibili, sed positio carentiæ fustraret decretum: ergo potentia ad

carentiam posset frustrare.

Preterea, ad actum in posibilem nulla est potentia, sed positio carentię amoris in volũtate prædeterminata est imposibilis, etenim posibili posito in actu nullum sequitur imposibile ex positione autem carentię amoris in voluntate prædeterminata ad actum amoris sequitur fustrari prædeterminationem: quare ex dicta positione sequitur imposibile, item, quia nihil magis imposibile est, quam illud quòd de potentia Dei absoluta est imposibile positio autem carentię amoris non est posibilis in voluntate taliter præmota de potentia absoluta, ac proinde positio carentiæ est omnino imposibilis, vel si datur potentia ad carentiam: ergo dabitur potentia ad frustrandum prædeterminationem, & decretum efficax ad amorem.

Sed contra est illud Hester, 13. *Domine rex omnipotens non est qui tuæ posit resistere voluntati si decreveris salvare Israel.*

Respondeo dicendum, decretum Dei, efficax non posse frustrari; Aug. in Enchir. capite 96 *non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quid vult potest, nec voluntate creatæ voluntatis impeditur effectus omnipotentis.*

Ad primum ergo dicendum, quòd non

Potest frustrari præmotio penes hoc quòd in voluntate maneat potentia ad carentiam, secunenim ad ducit positionem actus & potentiam in sensu diviso ad carentiam, potius frustraretur si non relinqueret potentiam ad carentiam, sicut quando voluntas operatur liberè, illa operatio non potest componi cùm carentia operationis, cum hoc tamen stat, vt in sensu divisio voluntas possit ad carentiā operationis, & sic non valet discursus, si poneretur carentia, frustraretur prędeterminatio: ergo si potest ponere carentiam potest frustrare: quia non potest ponere carentiam, hoc est nō potest componere illam cum actu, sed potest in sensu diviso, illud axioma ab actu ad potentiam bona est conseq. est legitima, si fiat ab actu possibili ad potentiam possibilem, vnde, sicut actus compositionis est impossibilis, ita etiam potentia componendi est impossibilis, & sicut actus in sensu composito frustraret præmotionem, ita etiam potentia in eodem sensu composito.

Ad secundum dicendum, quòd efficit actus de facto efficit potētiā de possibili, quæ est propria potentia eiusdem actus, non autē aliena potentia, positio carentiæ amoris deltueret præmotionem ad amorem, nō ex præ

cisa positione, sed ex præcisa compositione; igitur potētia quæ potest divisivè seu ad præcisam positionem carentię non potest destruere præmotionem, vnde sicut impossibilis est carentia compositata est impossibilis, potentia composita in voluntate pręmota est in sensu diviso potentia ad carentiam amoris.

Ad tertium dicendum, quòd ad actum impossibilem omnibus modis tam in sensu diviso quam in composito nulla est potētia, cæterum ad actum impossibilem ex suppositione, absolute possibilem in sensu diviso est potentia, positio carentię est impossibilis ex suppositione, & sensu composito, possibilis absolute, & in sensu diviso; possibile omnibus modis hoc est tam in sensu diviso quam composito positum in actu nullum sequitur impossibile, cæterum positio carentiæ licet sit possibilis absolute, & in sensu diviso est impossibilis in sensu composito, & suppositione, cum hoc tamen stat voluntatem non posse resistere, quia hæc loquutio denotat sensum compositum, & esse componere cum pręmotione ad actum eius carentiam; carentia actus est impossibilis voluntati pręmotæ in sensu composito solum, vnde implicat componit cum efficaci prædeterminatione, & hoc nō tollit esse abs-

absolute possibilem, quòd satis est ad libertatem.

ARTICVLVS. V.

Vtrum voluntas nostra efficaciter prædeterminata ex vi decreti ad amorem possit ad eius carentiam in sensu diviso

VIDETVR Quod non voluntas efficaciter præmota ad amorem, non potest ad carentiam amoris in sensu comp si:o: ergo nullo modo potest, quia posse ad carentiam est posse ponere carentiam; nam posse componere carentiam actus cum præmotione est posse ponere illam eo instāti quo existit præmotio in voluntate, eo autem ipso quòd voluntas existente præmotione ad actum posset ponere eius carentiam posset posset ponere illam eo instāti quo existit præmotio, ac pro inde posset componere.

Præterea, qui potest ponere existentiam vnius extremi altero existēte potest ponere existentiam cum illo: ergo si voluntas, existente præmotione ad actum, potest ponere existentiam ommissionis oppositæ potest ponere existentiam illius cum prædeterminatione, posse autem ponere coexistentiam est posse facere, vt simul existat omissio actus cū prædeterminatione, quod est cum illa componi, quare si voluntas potest ad ommissionem potest illam componere cum præmotione, igitur sicut in volūtate non est potētia ad carentiam in sensu compòsito, nec etiam in sensu diviso.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1. part. q. 19. art. 8. cui maxime favet, Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 5. & can. 4. *Liberum arbitrium motum à Deo posse & dissentire si velit.* vbi definitur contra Lutheranos, & Calvinistas asserentes prædeterminationem Dei per gratiam efficacem ab illa provenientem, per quam Deus excitat, & move liber arb. tollere vsum libertatis illius, igitur prædeterminatio non tollit libertatem, qua stante possumus dissentire in sensu diviso si volumus.

Respondeo dicendum, cum præmotione efficaci ad amorem stare in voluntate præmo-

ta poteetiam ad carentiā in sensu diviso, quia hæc prædeterminatio non est determinata ad vnum per modum naturę, sed per modum libertatis, relinquens iudicium indifferens.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut voluntas in eodem, stanti in quo libere amat non potest ponere non amorem, quatenus illud instans metitur amoris existentiam, hoc enim esset componere, non amorem in eodem instanti, vt præcise metiretur existentiā non amoris si poneretur, voluntas præmota potest precise ad ommisionem, non tamē ad hoc vt metiatur eodem instanti quo est præmota ad amorem, e& materia, 1. dum ad eā forma habet potentiam ad aliam, & ad hoc, vt actuetur eius existentia, non tamen ad hoc, quod actuetur existentia alterius formæ pro instāti quo actuatur hac numero forma, vnde nō valet discursus, scilicet potest ponere carentiā: ergo potest componere, quia posse compone te est quod eodem instanti sit ommisio cū prædeterminatione, quod implicat.

Ad secūdum dicendum, quod qui potest ponere existentiam vnius extremi altero existente, potest ad coexistentiam, si posit ponere existentiam pro eodem instanti regulato cū alio extremo, cæterum voluntas præ-

mota

mota ad amorem, non potest ad existentiam ommisionis taliter, vt ommisio existat in eodem instanti ac actus, licèt absolute possit ad carentiam.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm Deus decreto ex se efficaci prædiffiniat materiale peccati.

VIDETVR Quod non, (ita Mol. Bellar. Suar. Vazq. Fonsca, Henrice, Granad. Arrub.) Iacobi, 1. *Nemo cum tentatur dicat quod à Deo tentatur Deus autem intentator malorum est, ipse autem neminem tentat, vnius quisquè verò tentatur à concupiscentia sua.* Trident. sess. 6. can. 6. *si quis dixerit mala opera, ita vt bona Deum operari, non permittendo solum, sed etiam propriè & per se, adeo vt sit proprium eius opus non minus perditio Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema sit.*

Preterea, nam tunc Deus esset causa peccati, vt pote prædeterminãs ad id ad quod in

infallibiter sequitur peccatum, & quod connectitur cum peccato.

Præterea, quia Deus non potest consulere illud materiale peccati, & si consuleret esset causa peccati, ac pro inde nec prædeterminare ad illud.

Præterea, quia alias esset licitum, & laudabile velle illud materiale, vt pote effectum Dei positivum, & effectum voluntatis efficacis Dei.

Præterea, talis prædefinitio est contra Dei bonitatem, quæ non debet inclinare ad id ex quo sequitur malitia, & contra Dei misericordiam volentis salutem hominis.

Præterea, nam ex tali præ definitione homo haberet excusationem sui peccati, quia illa prædefinitio impellit efficacissime ad actum peccati.

Præterea, quia voluntas nostra; um non peccaret, si faceret quod ita prædefinitũ est, nam sequeretur ductum divinæ prædifinitionis.

Sed contra est authoritas, Aug. L. 2. de lib. arb. cap. 19. & L. 5. contra Iulian. cap. 3. D. Thom. in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. legẽdus Alvarez, L. 3. de auxil. disp. 24.

Respondeo dicendum, quòd Deus præ definit

definit entitatem actus peccaminosi in quantum est entitas, & ad illam, vt sic efficiendam prædeterminat voluntatem creatam physicè, quia omne ens per paticipationem debet reduci in ens per essentiam, actus autem peccati in quantum actus est est ens per participationẽ, & ideò sub hac ratione debet reduci in Deum qui est ens per essentiam, cumque Deus per decretum suæ voluntatis absolutum, & efficax operetur omnia, quæ producit in tempore absoluto, & efficaci decreto determinavit illam entitatem quæ est in actu peccaminoso; item, quia Deus habet, perfectam providentiam actus peccati in quantum actus est, cum ipsa se extẽdat ad omnia, quæ habent rationẽ entis, quæ providentia est ratio ordinis mediorum in finem, quare Deus absoluto decreto suæ voluntatis prædererminavit, & præordinavit in finem talem actum in quantum actus est; item, nam sicut Deus auxilio simultaneo cõcurrit ad entitatem actus peccaminosi absque; eo quod concurrat ad eius de formitatẽ ita etiam concursu prævio, & prævio influxu prædeterminat volũtatem ad talem actum absque, eo quod sit causa peccati.

Ad primum ergo dicendum, quoties S. Script, inquit Deum non esse causam, & authorem

thorem peccati cōsiderat totum concretum peccati & vt formale est, nos autem cū asserimus Deum prædeterminare ad peccatum consideramus materiale peccati materialiter acceptum, vt ens cadens sub omnipotentia Dei, quæ attingit quidquid entitatis est in rebus, formale autem peccati, vel materiale peccati formaliter sumptum, extra terminum divinæ potentiæ est. Deus aliter se habet circa bona opera ac circa mala, bona enim adhortatur, consulit, præcipit, prędeterminat materialia & formalia eorum, ceterum mala opera prohibet, & solum prædeterminat ad id quod materiale est in ipsis, non ad id quod formale est

Ad secundum dicendum, quo pacto posita permissione divina de peccato, & posito concursu simultaneo, non sequitur Deum esse causam peccati, pariter posita prædeterminatione, non sequitur Deum esse causam peccati.

Ad tertium dicendum, discrimen esse inter motionem physicam & moralem, nam moralis per modum suasionis fertur in effectū non eo modo, quo potest fieri à suadente, sed eo modo, quo potest fieri ab ipso, cui fit suasio, at liberū arbitrium creatum, hic & nunc, sub his circumstantijs, non potest efficere totā

entita

entitatem actus odij Dei, quim simul peccet, & ideò Deus non potest illi suadere, vt effi- ciat hic & nunc totam entitatem illius actus, cæterum motio physica fertur in actũ sub ea ratione, qua attingitur ab ipso movente, v.g. si Angelus moveret Petrũ claudum ad ambu landum motione physica, nõ tribueretur An gelo claudicatio Petri, si autem suaderet illi, vt hic & nunc ambularet, tribueretur illi clau dicatio, si illa esset peccaminosa.

Ad quartum dicendum, quod sicut cõ cursus simultaneus ad actum peccati bonus est pro vt à Deo non tamen nobis licet illum appetere, ita nec nobis licet velle illud mate- riale peccati, quia illo posito, licet non ex vi ipsius, ex voluntate nostra defectibili seque- tur peccatum.

Ad quintum dicendum, quod sicut per- mittere peccatum, & concurrere ad illud cõ- cursu simultaneo nec est contra bonitatẽ nec contra misericordiam Dei, ita nec prædifini re materiale peccati.

Ad sextum dicendum, quod sicut posi ta permissione peccati, & concursu simulta- neo homo peccans non excusatur à peccato ita posita præmotione homo non excusabitur in actu peccati,

Ad

Ad septimum dicendum, quo pacto posito concursu voluntas peccat, non præcise ex vitalis concursus, vt est à Deo, sed ex vi suæ defectibilitatis, pariter posita prædeterminatione ad materiale voluntas peccat in actu peccaminoso, ratio quare peccatum, non sit à Deo est, quia est extra terminum divinæ potentiæ potentis attingere solum id quod effectus est in rebus, non id quod defectus, moralis est.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm liberum Dei decretum per aliquid reale constituatur.

VIDETVR Quòd non, determinatio libera circa existentiam craturarum dicit habitudinem, ad creaturarũ existentiam: ergo eius constitutivum est relatio ad creaturas, vel includit relationem ad illas, sed hæc relatio non est realis, quia per ordinẽ ad extrinsecũ non competit Deo relatio realis: ergo est relatio rationis.

 Præterea

Prętерea, terminatio pertinet ad constitutivum intrinsecum divinę volitionis liberę circa existentiam creaturarum, sed hæc terminatio de esse potuit, & est relatio, vel denominatio rationis: ergo relatio vel denominatio rationis pertinet intrinsicè ad constitutivum divinæ liberæ volitionis.

Prętерea, volitio illa libera Dei potuit desse, sed non nisi rat.one terminationis ad existentiā creaturarum, quia potuit terminari ad non existentiam illarum: ergo hæc terminatio prout se tenet ex parte liberæ determinationis Dei, ad hoc potius quā ad illud, potuit non esse in Deo, & ideò realis non est.

Sed contra est, quòd actus liber est vera causa realis productiva creaturarum, quare in se, & intrinsicè est aliquid reale, & eius constitutivum intrinsecum est quid reale.

Respondeo dicendum, constitutivum volitionis creaturarum, & distinctivum eius à nolitione earum est quid reale; ad huius intelligentiam considerandum, Deum velle se cōmunicare creaturis, seu illas producere nō est relatio rationis sed aliquid reale, nam causa realis, vel ratio causandi non est relatio rationis, voluntas autem libera Dei qua vult se cōmunicare creaturis est causa, vel ratio causandi

di creaturas; Præterea, Deũ velle actu creaturas dicit actum vitalem immanentem in Deo, sicut Deum actũ scire creaturas futuras est actus vitalis, immanens, existens in Deo, actus autem vitalis Dei est ipsa vita Dei, ac proinde, non est relatio rationi: considerandum 2. Deum velle se communicare creaturis est realitas in Deo non distincta ab actu necessario, quo vult suam essentiam, & potentiã qua potest se communicare creaturis; quia actus liber quo Deus diligit bonitatem creatam, non specificatur ab ea, nam bonitas creata solum est obiectum terminativum materiale, nõ motivum formale, & sola bonitas divina, habet rationem obiecti motivi formalis, quam respicit necessarius: considerandum, 3. quòd non est in Deo perfectio libera formaliter quæ possit non esse in Deo; quia, quidquid formaliter est in Deo est Deus, id autem quòd est Deus, non potest non esse in illo, quare non est in Deo aliquid formaliter, quod possit non esse in illo: considerandum, 4. non esse ponendam formaliter in Deo, talem perfectionem liberã quæ possit non esse in Deo; quia ex hoc sequeretur compositio in Deo, nam illa perfectio posset adesse, & in Deo esset potentia ad habendum, & non habendam illam, esset quæ

talis perfectio distincta realiter à Deo, à quo esse separabilis: considerandum, 5. quòd actus liber æternus circa creaturas quo volvit Deus illas creare potuit non esse in Deo, eo quod potuit non terminari ad existentiã creaturarum, sed potius ad non existentiam earũ; ad actum liberum concurrit aliquid reale intrinsecum, & ratione huius non potest de esse quia omne reale in eo, nõ potest de esse à Deo & obiectum materiale ad quòd terminatur, & ratione huius potuit non esse, quia creatura potuit esse & non esse, & ideò potuit divinus actus, non terminari ad existentiam huius Mundi; considerandum, 6. intrinsecum cõstitutivum actus liberi Dei, in ratione liberi esse aliquid reale non extrinsecum, sed intrinsecũ identificatum ex natura rei, cum actu necessario, quo Deus diligit se; quia divina voluntas ab intrinsecò determinat se ad volẽdũ existẽtiam creaturarum; illa: ergo determinatio actualis aliquid reale intrinsecum est competẽs Deo ab intrinseca sua perfectione & actualitate summa, hæc autem determinatio intrinseca divinæ voluntatis est constitutivum intrinsecum actus liberi, nam per hanc determinationem formalem intrinsecam divina volũtas quæ ex se erat indifferens ad volendum exi-

stentiam

ſtentiam creaturarum, ita vt non maneat in differens, & quaſi ſuſpenſa, & ideò eſt ratio intrinſeca conſtitutiva actus liberi, quare cõſtitutivum actus liberi quid reale, non extrinſecum, ſed intrinſecũ eſt, ex infinitate & ſimplicitate divini actus provenit, vt non diſtinguatur ex natura rei, ab actu neceſſario, & reſpectu actus liberi, & neceſſarij idem obiectũ formale terminativum nempe divina bonitas eſt, differunt tamen actus, vt liber ab actu neceſſario ratione, ſicuti relatio divina ab eſſentia divina, & attributa divina inter ſe, & ab eſſentia divina ſola ratione differunt; conſiderandum deniquè, quod conſtitutivum intrinſecum volitionis creaturarum, & diſtinctivũ eius à nolitione earum eſt intrinſeca determinatio divinæ voluntatis circa exiſtentiã creaturarum potius, quam circa non exiſtentiam earum; quia nihil aliud requiritur ad conſtitutionem volitionis creaturarum, niſi quod ſit intrinſeca determinatio divinæ voluntatis circa exiſtentiam creaturarum, & in hoc conſiſtit eius conſtitutivum, idem autem eſt conſtitutivũ & diſtinctivum alicuius rei, quare hoc erit eius diſtinctivum.

Ad primum ergo dicendum, quod determinatio libera Dei circa exiſtentiam crea-

turarum non dicit habitudinem ad existentiá earum, quia volitio Dei nullam re ipsa dicit habitudinem ad obiectum materiale secundarium, quia est omnino ab eo independens, quare altiori modo, quam nostra, est volitio illius absque respectu, & habitudine ad illam, tum quia talis respectus neque est realis, quia iste non est in volitione divina ad obiectum terminativum materiale creatum, neque rationis quia iste consistit in apprehensione extremorum, libera autem volitio Dei prius est quam apprehendatur existens.

Ad secundum dicendú, quod hæc terminatio activè sumpta pertinet ad constitutivú intrinsecum illius liberæ volitionis, quæ terminatio activè sumpta non potuit deesse quantum ad realitatem, potuit tamen deesse quantum ad obiectú materiale ad quod terminatur, constitutivum intrinsecum illius actus liberi, neque est obiectum materiale, neque ab illo pendens, & illa terminatio activè sumpta nihil aliud est, quam ipsamet volitio libera Dei, ac proinde est aliquid reale intrinsecum, & immanens in Deo.

Ad tertium dicendum, quod actus liber Dei potuit non esse, non ex variatione alicuius intrinseci pertinentis ad illum, sed solum

ex variatione obiecti materialis connotati, quamvis enim illud obiectum non pertineat intrisicè ad illud constitutivum, neque hoc costititutivum actus liberi dependeat ab obiecto illo materiali, tamen non est sine illo ob connexionem quam habet cum illo tanquam causa cum suo effectu, terminatio ad tale obiectum active sumpta non potuit desse quantũ ad realitatem, & existẽtiam eius sed solũ quã tum ad obiectum materiale, & quantum ad denominationem, quia variato illo obiecto, licet maneat eadem realitas, & existentia illius terminationis non tamen eadem denominatio quia tunc illamet realitas, & existentia non esset volitio creaturarum, sed potius nolitio ipsarum; quamvis volitio libera Dei requirat terminum seu obiectum materiale, non tamen requirit illud, vt aliquid pertinens ad sui constitutionem, sed vt effectus ab illa dependẽs, relatio rationis quæ cõpetit illi volitioni Dei ad creaturas futuras est posterior ipsa volitione, imo verò est posterior ipsis creaturis, & enim fundatur in ipsa depẽdentia reali obiecti ya futurorum, ideò enim illa volitio Dei refertur ad creaturas futuras relatione rationis quia illæ realiter ipsi volitioni Dei subijciuntur, vnde talis relatio rationis non est consti-

titutiva actus liberi Dei: in deo intelligitur indifferentia seu libertas, non in ipsa voluntate ad diversos actus, sed in ipsomet vnico, & simplicissimo actu ad diversa obiecta absquè aliqua mutatione reali ipsiusmet actus: determinatio libera divinæ volũtatis nõ habet quod sit volitio creaturarum potius quam nolitio earum à creaturis, quia volitio creaturarum potius quam nolitio est verá causa futuritionis creaturarum, & existentiæ earum pro tẽpore quo Deus volvit, quare quod determinatio libera divinæ voluntatis sit volitio creaturarum, potius qùam nolitio earũ non potest pendere à creaturis, nam causá efficiens non potest pendere à suo effectu, determinatio libera divinæ volũtatis habet quod sit volitio creaturarum potius quam nolitio earum ab intrinseca perfectione, & infinitate divinæ voluntatis, in quantum est in dependens â creaturis, & tantæ perfectionis, vt vnicus eius actus æquivaleat multis, & diversis actibus voluntatis creaturæ, cum enim sit independens à creaturis, nequè ad eas terminetur vt ab obiectum formale, sed solum ad diviná bonitatem, non ab eis, sed ab intrniseca perfectione, & infinita actualitate divinæ voluntatis oritur quod eius libera determinatio sit po

tius võlitio, quã nolitio creaturarum, pro materia de volũtate Dei. Legendi, D. Thom. 1 p. quest. 19, Caiet. Bannez, Zumel, Navarrete Nazar, Alvarez, Gonzalez.

QVAESTIO. V.

De prædestinatione.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm detur prædestinatio.

VIDETVR Quòd non, alias tolleretur vtilitas prædicationis, & orationis; daretur occasio negligentię & distractionis, cum ipsa infallibiliter consequatur suum effectum, nec aliter eveniet ac prædestinatum est à Deo.

Præterea, quia alias Deus magis diligeret peccatorem prædestinatum, quam iustũ præscitum, si quidem prædestinato maius bonum vult.

Præterea, quia alias Deus prius vellet beatitudinem Petri, v.g. quam Petrum, nam beatitudo est finis ad quem ordinatur Petrus: sed hoc est falsum: ergo.

Præterea, prædestinatiõ non compatitur cum libertate humanorum actuum, cum sit inevitabilis, & in evitabiliter inferat suum effectum: ergo.

Sed contra est, illud Ephes. 1. *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum filiorũ Dei in quo sancte vocati sumus prædestinati in ipso*, Rom. 8. *quos præscivit: & prædestinavit, quos autem prædestinavit, hos & vocavit*. Ioan. 15. *non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat*, Rom. 11. *reliquiæ per electionẽ gratiæ salvæ factæ sunt*, Lucæ. 22. *nolite timere pusillius grex, quia cõplavit Patri vestro dare vobis regnum*. Ita Concil. Milevit. 2. Araul. & Trident.

Respondeo dicendum, dari in Deo prędestinationem (quæ est iuxta Ambr. *Præparatio gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro*, & iuxta

juxta D. Thom. *ratio existens in mente Dei ab æterno qua transmutantur creaturæ intellectuales in vitam æternam*, & juxta Aug. L. de bono persev. capit. 14. *prædestinatio Sanctorum nihil est aliud, quam præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur*. Quia Ephes. 1.2. ad Deū pertinet manifestare divitias misericordiæ; quæ manifestantur ex eo quod Deus aliquos homines prædestinat: item, aliqui homines & Angeli consequuntur vitam æternam, quæ est finis supernaturalis excedens facultatem naturæ creatæ & ideò ad eam transmutantur homines, & Angeli à Deo, quæ ratio transmissionis in mente Dei ab æterno præexistens est prædestinatio. Præterea, quia ad Deum summum bonum spectat etiam se communicare modo intelligibili, quæ communicatio fit in beatitudine, vniendo se divina essentia, vt species intelligibilis cū intellectu elevato lumine gloriæ: item, quia sicut figulus liber est vt ex eadem massa efficiat aliquot vasa in cōtumeliam, alia in honorem: ita, Deus pro sua libertate aliquot homines reprobat, aliquot prædestinat, 2. Timoth. 1. Rom. 9. Deus libere prædestinat, quia quod Deus prædestinet homines, non est ipsi bonum infinitum infinite appetibile.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut providentia divina de colligend is fructibus, non opponitur diligẽtiæ laboris quem debet homo præstare ad eos colligendos, pariter posita prædestinatione, v.g. de Petro salvando, non datur occasio negligentię eius, quia salvabitur medijs, & actibus meritorijs, quibus obtinebit vitam æternam.

Ad secundum dicendum, quod Deus magis diligit peccatorem prædestinatum simpliciter, attento maiori bono Glorię ad quod conferendum ipsum prædestinat simpliciter.

Ad tertium dicendum, quòd beatitudo est finis qui, Petrus, v.g. cui conferenda finis cui, vnde in genere causæ finalis prior est, beatitudo, licet in genere causæ materialis prior sit Petrus salvandus quam beatitudo.

Ad quartum dicendum, prædestinationem, non tollere libertatem voluntatis prædestinandi, nec indifferentiã iudicij intellectus, vnde ea posita homo infallibiliter libere consequetur vitam ęternam.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm prędestinatio sit simul actus intellectus, & voluntatis.

VIDETVR Quod sic, (ita Egid. Marsil. Molin. Arrub.) in S. Scriptur. per vtrumque actum significatur, Rom. 11. *Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit*; Rom. 8. *Iacob dilexi.*

Præterea, prædestinatio est ordinatio efficax mediorum in Gloriam, ordinatio pertinet ad intellectum, efficacia ad electionem, voluntatis: ergo.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 12. quæst. 13. art. 1. quando duo concurrunt ad componendum vnum, non concurrunt ex æquo, sed vnus eorum se habet materialiter, alter formaliter, quare non possunt concurre ex æquo actus intellectus, & voluntatis ad constituẽdum prædestinationem formaliter.

Respondeo dicendum, quòd prædestinatio, non consistit formaliter in actu intelle-

ctus

ctus, & voluntatis simul, quia prædestinatio divina habet vnicam essentiam simplicissimā, & vnicam rationem formalem simplicissimam.

Ad primum ergo dicendum, solum in Script. significari vtrumque actum requiri, vnum præsuppositivè, alterum, vt formalem rationem in qua prædestinatio formaliter consistit.

Ad secundum dicendum, quod licèt ab electione voluntatis remote, & quasi radicaliter accipiat actus intellectus practici hanc efficaciam, tamen immediate, & proxime illam accipit ab intellectu practico, qui vt iam motus, & applicatus à voluntate dicit ordinem ad propriam executionem.

ARTICVLVS, III.

Vtrùm prædestinatio consistat in actu voluntatis.

VIDETVR Quòd sic, (ita Bon. Scot. Gregor. Anreol. Suar. Vazq. Læl.) in S. Script. significatur nomine electionis

ctionis, Ephes. 1. *elegit nos in ipso.*

Præterea, pro illo signo rationis pro quo, Petrus, v.g. intelligitur electus ad gloriam. intelligitur efficaciter dilectus ad Gloriam, & efficaciter & infallibiliter eam obtinebit.

Præterea, ex vi solius electionis Deus cognoscit Gloriam hominis, sic electi intuitive, cognitio autem intuitiva, est obiecti futuri vel existentis, quare ex vi solius electionis Gloria, Petri v.g. est futura & existens, & ad eius adeptionem sufficit electio.

Sed contra est authoritas D. Thom. in 1. d.40. quæst. 1. art. 1: & 1. part. quæst. 23 art. 1. quem sequuntur Capreol. Hispalens. Richard. Ferr. Caiet. Bannez, Zumel, Gonzalez, Nazar, Machin. Cornejo, Granados.

Respondeo dicendum, quòd prædestinatio formaliter consistit in actu divini intellectûs solum, quia prædestinatio est pars providentiæ, providentia prudentiæ pertinens ad intellectum; item, quia prædestinatio est ordinatio creaturæ rationalis per certa media in Gloriam, ordinare autem est proprium intellectus.

Ad primum ergo dicendum, actû voluntatis solum significari in S. Script. vt connotatum, non vt rationem formalem in qua sita prædestinatio sit

Ad

Ad secundum dicendum, quòd pro illo signo rationis ille homo neque est complete prædestinatus, neque complete reprobus, & tantum initiativè pro illo signo intelligitur prædestinatus neque ex vi præcisa solius electionis consecuturus est Gloriam, quia electio tantum est efficax in suo genere, vt radix imperij seu iudicij practici.

Ad tertium dicendum, quòd Deus ex vi solus electionis Petri, v. g. ad Gloriam, cognoscit intuitive Gloriam Petri, non complete, sed inchoative futuram . quia pro tunc non dum intelligitur posita causa completa futuritionis ipsius Gloriæ, sed tantum in completa, & in adæquata, qualis est illa volitio electiva: reprobatio etiam formaliter etiam consitit in actu intellectus connotans divinam volunotatem

(❧)

ARTICVLVS.IIII.

Vtrum prædestinatio consistat in actu imperij.

VIDETVR Quod non, (ita Suar. Ara-rubal, Vazq. Valen. Salas) tale imperium explicatum per verbum fac hoc lædit libertatem actus imperati, quia per ipsum determinatur voluntas efficaciter in vnam partem, & eo posito non manet facultas in voluntate exequendi, & non exequendi actum imperatum.

Præterea, omnis actus intellectus est cognitio, cognitio autem vel est simplex apprehensio, vel iudicium, vel discursus, at sub his non clauditur imperium: ergo.

Præterea, licet potentia executiva differat à voluntate Dei non potest aliquid esse in deo quod imperatur, quia in Deo nihil est inferius, sicut enim oratio respicit superiorē; ita imperium inferiorē.

Præterea, polito actu iudicij de conve-nientia obiecti voluntas exequitur, superfluū igitur actus imperij.

Præterea, voluntas Dei in primo actu libero determinat se ipsam, & per illum se determinat ad secundum, & sic de alijs: ergo ad hanc determinationem superfluum est imperium.

Præterea, hic actus imperij præsuponit in Deo decretum efficax de re facienda: ergo antecedenter ad actum imperij iam creatura præsuponitur futura per illud decretum efficax: ergo superfluum est imperium.

Præterea, ad intentionem non requiritur imperium, neque ad electionem: ergo neque ad executionem.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1. 2. quæst. 17. artic. 1. & 3. *Post determinationem consilij quæ est iudicium rationis, voluntas eligit & post electionem ratio imperat ei per quod agendum est quod eligitur & tunc demum voluntas alicuius incipit vti imperium est ordinatio alicuius ad agendum cum intimatione & motione* 2. 2. quæst. 49. art. 6. ad 3. *in recta ratione ad finem, quæ includitur in ratione providentiæ importatur recti udo consilij, iudicij, & præcepti,* 1. part. quæst. 23. art. 4. *prædestinatio est actus:*

Dus providentia preceptivus de ordinatis in finem.

Respondeo dicendum, prædestinatio formaliter consistit in actu divini intellectus practici, qui nostro modo intelligendi subsequitur ad actum electionis mediorum seu efficax ordinatio movens voluntatem ad executionem, quadam intimatione, connotans electionem voluntatis, & consistit in actu imperij connotantis electionem voluntatis, Psal. 23. *ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt*, Gen. 1. *dixit Deus fiat lux, & facta est lux*; dicere autem, & mandare designat actum intellectus practici habentem rationem imperij, vt movet, & dirigit immediate voluntatē: item, prædestinatio est efficax ordinatio mediorum ad vltimum finē supernaturalē, quia est specialissima providentia, & efficax causa consecutionis vltimi finis, sed ordinatio efficax mediorum, non potest esse ante electionē voluntatis acceptantis illa media, nam illud iudicium, quod antecedit electionem mediorū, non efficax est ordinatio mediorum in particulari, cū omnis efficacia circa talia media in particulari ab ipsa electione voluntatis depēdeat, nisi enim voluntas acceptet, & eligat talia media in particulari, nō possunt efficaciter

ordinari in finem, quare illud iudicium quòd antecedit electionem mediorum, licèt practicum sit, quia iam supponit intentionem voluntatis circa finem tamen, non est efficax ordinatio mediorum in particulari, cum suppetant alia media per quæ ille finis posit consequi, quare nec est efficax ordinatio mediorũ, nec pertinet ad ordinẽ executionis, sed ordinẽ intentionis, nã ordo excuutionis incipit ab electione, quare vt ordo executionis intelligibiliter, & prudenter procedat, necessarium est post actum electionis mediorum aliud iudicium practicum, dirigens immediate voluntatem ad actum exequendi cum intimatione & motione: ergo debet esse actus subsequens ad actum voluntatis, qui dicitur imperium.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut efficatia ex se diuini decreti, non lædit libertatem, nec tollit indifferentiam essentialiter requisitam ad libertatem, pariter nec imperium tollit libertatem actus imperati.

Ad secundum dicendum, quòd imperium pertinet ad iudicium practicum, non illud quòd antecedit electionem, sed quòd ipsam subsequitur, & quòd supponit media electa.

Ad tertium dicendum, quòd ablatis im perfectio-

imperfectionibus in Deo est imperium, subsequutum electionem antecedens potentiã executivam, non quia in Deo sit resistentia vel difficultas, sed quia electio pertinet ad ordinẽ intentionis respiciens obiectum, vt eligibile, estque primum movens ad executionem cuius motionem subsequitur imperium respiciẽs obiectum, vt exequibile; Deus nõ dicitur imperare sibi prout imperare respicit subditos, sed prout idem est ac dirigere intellectualiter cum intimatione, & impulsione ad executionem, & datur respectu voluntatis quæ, vt sic subordinatur intellectui estque posterior ipso: oratio non admittitur in divino intellectu quia non est aliâ potentia altior intellectu.

Ad quartum dicendum, iam constare ex corp. art. non sufficere iuditium antecedens electionem ad executionem, vnde præter ipsum datur in intellectu imperium subsequẽs electionem respiciens obiectum, vt exequibile.

Ad quintum dicendum, actum imperij esse iuditium practicum subsequens electionem de medijs iam electis, & efficacem ordinationem eorum cum intimatione, & impulsione ad executionẽ illorũ, & licet motio & impulsio primario competat actui voluntatis

tamẽ participative competunt etiam actui intellectus, qui subsequitur ad actum voluntatis, quatenus virtus prioris actus manet in actu sequenti; voluntas non semovet ex vno actũ ad alium sine interventu novi iudicij, quia intelligibiliter, intellectus ex se nõ movet voluntatem, nisi ex parte obiecti at ex participatione, & voluntatis motione potest illam movere ex parte subiecti efficienter.

Ad sextum dicendum, quod per ordinem ad illam intentionem efficacem Dei, creaturæ dicuntur futuræ solum radicaliter, quare vt proxime dicantur futuræ requiritur imperium.

Ad septimum dicendum, intentionem & electionem pertinere ad seriem intentionis & ideò ad ipsas non datur imperium, quod solum datur. vt obiectum vel terminus executioni mãdetur respiciens obiectum, vt exquibile, in negotio prædestinationis, 1. actus est scientia simplicis intelligentiæ qua Deus cognoscit homines & Angelos producibiles, elevabiles ad finem supernaturalẽ per dona gratiæ; 2. est actus volentatis, quo volvit producere aliquas ex omnibus possibilibus, & ordinare illas voluntate antecedente ad finem supernaturalem; 3. est dilectio absoluta & efficax

ficax, qua in Christo aliquos ex his dilexit, in vitam æternam, quæ dilectio respectu vlti-mi finis est intentio, tamen respectu obiecti, circa quod, dicitur electio, quia est discretio bonum à cæteris, 4. est consilium seu iudicium de medijs, 5, est electio mediorum, 6. ordinatio & intimatio horum mediorum per modum imperij moventis ad exutionem operis, & deniquè volvntas exequens.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm permissio peccati in prædestinatis sit effectus prædestinationis.

VIDETVR Quod non (ita Vazq. L. ff. Erize, Arrub,) prædestinatio est præpara io efficax beneficiorum Dei, sed permissio peccati non est talis; potius dicit carentiam beneficiorum Dei: ergo.

Præterea, effectus nostræ prædestinationis est effectus prædestinationis Christi, ac meritorum ipsius, vt consumata per mortem & passionem, sed Christus non est

mortuus ab hanc permiſionem perccati,& cà rentiam auxiliorum:ergo.

Præterea,maius bonū & beneficium eſt collatio auxilij efficacis, quo peccatum il lud impediretur,quam ſubſtractio talis auxilij:ergo.

Præterea,permiſio peccati,non poteſt conducere ad conſecutionem gloriæ niſi v.g.pœnitentia mediante,ſed Deus non poteſt prius velle pœnitentiam ex ſe non præſu poſita exiſtentia peccati, præſertim cum pœ nitentia ſolum ſit de 2. intentione Dei ſuppo ſita prçſcientia exiſtentiæ peccati.

Præterea, quia ſi Deus vellet efficaciter pœnitentiam vellet peccatum(& ſi Deus vellet humilitatem talis prædeſtinati vellet peccatum)nam intēdens efficaciter finē vult ea quç ordinantur ad ipſum.

Præterea,prædeſtinatum reſurgere à peccato per pœnitentiam eſt minus bonum, quam ſtatus innocentiæ,vt pat. inBeat. Virgine: ergo.

Præterea,voluntas dandi pœnitentiā eſt voluntas reparandi, ſed hæc ſupponit peccatum præviſum,vt ad voluntatem reparandi genus humanum ſupponitur peccatum originale,præ viſum;ergo.

Sed contra est, authoritas D. Thom. 1 2. q. 19. art. 4. Rom. 11. Lect. 2. & 4. Rom. 8. Lect. 4. & 6. quem sequuntur Caiet. Bannez Zumel, Nazar. Cornejo, Gonzalez, Molin. Suarez, Granados.

Respondeo dicendum, quòd permissio peccati in prędestinatis est effectus prędestinationis ipsius: hoc videntur insinuare, S. Scrip. significans quod Deus permittit pecca tiquādoquè in electis, quādoquè in reprobis ex providentia supernaturali, & ex intentione dandi gloriam electis, vt Gen. 25. Rom. 9. Gen. 45. Psalmo. 9. & 37. & SS. Patr. vt Greg. L. 2. Moral, cap. 27. Ambr, ser. 47. P. Hier. Rom. 8. Chrys. Theodoret. Beda, Ans. Irinæus, Damasc. Nissen. Maxim. Aug. L. 1. de peccatorum meritis, cap. 17. L. de corrept. & grat. cap. 10. & L. 14 de Civit. cap. 3. *Audeo dicere superbis vtile est cadere in aliquod, peccatum, vnde sibi displiciant, quo sibi placendo ceciderant.* Item, quia permissio peccati est effectus Dei quia est bona, & volita ex intentione vitæ æternę, vt remedium vtile prædestinato ad gloriæ consecutionem, & vt cognita sua fragilitate collocet in Deo & eius auxilijs omnem spem salutis, movet prædestinatos ad cognitionem suæ fragilitatis, est moti-

vum humilitatis eorum, & vt cognoſcant dependentiam à Deo, & indigentiam auxilij, divini, eſt volita à Deo, quia Deum ſubſtrahere alicui auxilium eſt Deo volũtarium, & eſt ex intentione beatificandi homines hos prædeſtinatos, conducens ad eorum humilitatem cautionem, maiorem, fervorem, & timorem: item, permiſio peccati in reprobo eſt effectus reprobationis ipſius, pariter: ergò in electis permiſio peccati ipſius erit effectus prędeſtinationis ipſius.

Ad primum ergo dicendum, licet permiſio peccati abſolute & ſecundum ſe nõ ſit beneficium gratiæ, tamen reſpective, & facta comparatione ad maius bonum quod obtinetur ex tali permiſione occaſionaliter eſt beneficium, conducens ad vitam æternam, vt eſt occaſio maioris humilitatis, fervoris, cautionis, cognitionis indigentiæ auxiliorum Dei.

Ad ſecundum dicendum, quod talis permiſio eſt etiam effectus prædeſtinationis Chriſti, & meritorum eius, licet non fuerit mortuus, vt Deus deneget gratiam abſolute, tamen etiam fuit mortuus, vt non aliter denegetur gratia illa efficax niſi ex intentione efficaci Dei, vt Deus eam deneget occaſione maioris boni eliciendi.

Ad tertium dicendum, quod hic nō considератur bonum, quod est permissio peccati in electis comparative, ad collationem illius auxilij efficacis, sed tantum comparative ad bonum perseverantiæ & humilitatis, ad quæ magis conducit talis permissio.

Ad quartum dicendum, quod sicut eodem signo subsistentiæ vult Deus totū & partes, licet prioritate finis Deus velit prius totum quam partes, sic in præsenti pœnitentia subsistere nequit abq; existētia peccati, tamē quia permissio peccati ordinatū ad pœnitentiā prius prioritate finis est volita pœnitentia.

Ad quintum dicendum, quod Deus volendo pœnitentiam, vel humilitatem, nō vult peccatum, quia peccatum non est intra terminum divinæ potentiæ, nec peccatum est medium ad vitam æternam, nec ad finem volitū à Deo, solum est materia destruenda per pœnitentiam.

Ad sextum dicendum, quod hic non comparatur actus innocētię, & status permissionis peccati secundum se, vt sic enim pręeminet status innocentiæ, cæterum vt homo cautior, humilior, fervētior evadat magis cōducit permissio peccati.

Ad septimum dicendum, voluntas reparand

parandi genus humanum per Christum supponit permissionem peccati originalis, quæ permissio pertinebat ad providentiam generalem, cæterum voluntas Dei circa pœnitentiã in electis est efficax & specialis providentiæ & ideò est simul subsistentiæ simultate cũ permissione peccati in electis, permissio peccati, quæ consistit in negatione auxilij ordinis naturalis est effectus tantum imperatus, cæterum permissio quæ consistit in negatione auxilij ordinis supernaturalis est effectus illius prędestinationis elicitive à providentia supernaturali.

ARTICVLVS, VI.

Vtrùm gratia & merita prædestinati interrupta per peccatum, vt primo collata sint effectus prædestinationis..

VIDETVR Quod non, (ita Vazq) hæc beneficia vt primo collata à Deo sunt etiam communia reprobis non ergo

ergo sunt effectus prædestinationis.

Præterea, prædestinatio primi parentis, non incæpit nisi à reparatione gratiæ deperditæ per pœnitentiam, igitur neque nostra.

Sed contra est, quia gratia & merita vt primo collata prædestinatis, & interrupta per peccatum, licet proxime non conducant ad gloriam, tamen vt coniuncta cum pœnitentia simul cum alijs effectibus efficaciter influunt in gloriam.

Respondeo dicendum, quòd gratia, & merita prædestinati interrupta per peccatum non solum, vt restaurata per pœnitentiã, sed etiam vt primo à Deo data sunt effectus prædestinationis; quia procedũt ex intentione efficaci Dei perducendi prædestinatos in gloriã & cum effectu conducunt ad eam, & habent effectum gloriæ in prædestinato, & pœnitentia solum se habet vt conditio, & vt removẽs peccatum, quo sublato illa merita prius habita consequentur suum effectum.

Ad primum ergo dicendum, gratiam & merita per peccatum interrupta, nõ esse cõmunia prædestinatis & reprobis, quamvis enim ad tempus impediantur, tamen manent in acceptatione Dei volentis, vt peccato subla-

to efficaciter operentur in gloriã, & vt primo collata fuere effectus efficacis Dei, non interrupte circa prædestinatos.

Ad secundum dicendum, quòd gratia primo collata Adę quãtum ad suam primã infusionem, non fuit ex intentione efficaci illum beandi beatitudine supernaturali quæ cõsistit in visione clara Dei, cæterum gratia data prædestinato, etiam quantum ad primam suiinfusionem, & si postea per peccatum ammittatur, data fuit ex intentione efficaci illum beandi, & ideò est effectus prædestinationis.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum vsus nostri lib. arbitrij quo cooperamur Deo vocanti cõsideratus, vt à lib. arb. sit in electis prædestinationis effectus.

VIDETVR Quod non, nam quod ille actus liber est; capax laudis, nõ est à gratia, quia hæc necessitatem naturæ

rę influit in illum, sed à libero arbitrio: ergo

Preterea, liberum arbitrium & gratia, concurrunt partialiter: ergo vt est à liber arb non est effectus gratię, ac proinde nec prædestinationis.

Sed contra est authoritas D. Thom. 1. part. q. 23. ar. 5. q. 83 art. 1. & in 2. d. 37. q. 1. a. art. 2. quem sequuntur, Gonzalez, Alvarez, Nazar. Bannez, Zumel.

Respondeo dicendum, bonus vsus liberi arbitrij, quo cooperamur Deo vocanti ad fidem, vel pœnitentiam etiam vt à lib. arb. est effectus gratiæ, & prædestinationis, quia v. g. actus fidei sub ea ratione qua est consensus noster liber, conducit ad salutem æternam.

Ad primum ergo dicendum, quòd ille actus habet quod sit liber circa tale obiectum prosequendum hic & nunc à gratia & libero arb. vt moto per gratiam, quæ licet non concurrat, vt principium liberum, vt quod, tamē potest esse principium agendi libere, vt quo, concurrens cum lib. arb. movendo illud, vt agat inclinando suaviter, vt agat per modum libertatis.

Ad secundum dicendum, liberum nostrum arbitrium, non concurrere partialiter

ad

ad llium actus qui ſupernaturalis, eſt quantū ad modum, & ſubſtantiam, & vita in actu 2. ſupernaturalis, quare tota, adæquata proxima virtus agendi eum debet eſſe ſupernaturalis, & ideò ſub qualibet conſideratione eſt effectus gretiæ.

A.RTICVLVS. VIII.

Vtrùm ſola gratia ſit eff. ctus prędeſtinationis in prædeſtinatis.

VIDETVR Quod ſic, prædeſtinatio ex Aug. L. de præd. capit. 10. eſt præparatio gratiæ: ergo.

Præterea, providentia eſt de medijs & non de fine: ergo ſolum effectus prædeſtinationis eſt gratia.

Sed contra eſt, quia prædeſtinatio ſicut eſt præparatio gratiæ in præſenti: ita & glorię in futuro.

Reſpondeo dicendum gratiam, & gloriam eſſe obiectum circa quod verſatur prædeſtinatio, & ſunt effectus prædeſtinationis nam

[illegible]m prædestina i[illegible] est ordinatio efficax me-
diorum effica[illegible]ium in vi[illegible]a[illegible] æternam. Rom.
8. *[illegible] prædestinavit h[illegible] & vocavit & quos
voca[illegible]i iustifica[illegible]it & q[illegible]o prædes inavit vo
ca[illegible]it & iusti[illegible] ca[illegible]it h[illegible]s glori[illegible] cavit*, itẽ quia
p[illegible]ædest inatio est ordinatio efficax medio-
rum efficacium in finem vitę æternæ, quare
etiam consecutio talis finis est effectus præ-
destinationis.

Ad primum ergo dicendum, Augus.
nomine gratiæ intelligere etiam gloriã, quæ
gloria in sua radice est gratia.

Ad secundum, quòd providentia licet
immediate versetur circa media, tamen etiam
versatur circa executionem finis. Etiam sũt
effectus effectus prædestinationis auxilia,
vocatio, iustificatio collata prædestinatis, in
quantum cum effectu conducunt ad vitam
æternam, quæ coniunguntur mediante dono
perseverantiæ, vocatio efficax est effectus
prædestinationis in electis, vocationes inef-
ficaces in prędestinatis sunt etiã effectus præ-
destinationis, quia licet nõ immediate & pro-
xime, tamen remote pro desse p[illegible] ssunt medi[illegible]ã-
te alia vocatione efficaci quatenus in mem[illegible]
riam revocatæ sunt incentivum gratitudinis
& maioris humilitatis, vel alterius pij affec-

tus, vt aliquid sit effectus prædestinationis rè quiritur, vt sit effectus Dei, & quòd per illud aliquo modo ordinetur creatura intellectualis ad supernaturalem finem, quòd cum effectu conducat ad consecutionem finis supernaturalis, quòd detur à Deo ex intentione efficaci finis. S:u ez inquit totum esse hominis predestinati etiam quo ad substantiam nature, creationem, vel generationem eius esse effectum prædestinationis, alij probabilissime hoc negant, mori, vel nasci tali tempore, vel loco prædestinatos communis sententia asserit quòd sunt effectus prædestinationis, quatenus ex intentione conferendi gloriam præparantur à Deo electis, eisquè conducunt ad consecutionem finis supernaturalis, bonum temperamẽtum, seu bona complexio sunt effectus prædestinationis in his, in quibus ex Dei prouidentia supernaturali supra communes leges nature præparantur, nõ autem illi, quibus non aliter, quam per causas naturales sibi relictas preparantur, acutũ ingenium non conducit ad melius, & facilius credendum fide diuina, opera moralia bona non vitiata aliqua circunstantia facta ab infidelibus non sunt effectus gratiæ per Christũ nec prædestinationis, opera moralia virtutis

acqui

acquisitæ non viciata aliqua mala circunstantia, quæ fiunt ab homine fideli existente in peccato mortali, aliquando sunt effectus prædestinationis, nempe quando fiunt ab illo ex aliqua motione fidei informis moventis cum, vt tale opus ex hibeat v.g. in honorem Dei, opera bona moralia ex obiecto, & non viciata aliqua circunstantia virtutis acquisitæ in homine iusto sunt effectus prædestinationis non quidem eliciti, sed imperati.

ARTICVLVS. IX.

Vtrùm intentio efficax dandi Gloriam præsuponat prævisionem absolutam meritorũ.

VIDETVR Quod sic, (afferunt Mol. Vazq. Læs. Becan. Erize) tã in S. Scrip. quã in S.S. Patri. significatur quòd electio prędestinatorũ pęsupponat prævsionẽ meritorũ, Mat. 25. *venite benedicti Patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à consti*

constitutio mundi, esuri enim, & dedistis mihi mandacare, Aug. L. 1. id simpli. *Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio*: ergo.

Præterea, posita electione efficaci prædestinatus non libere sed necessario perseverabit in gratia, cum illa electio sit efficax: ergo.

Præterea, quia voluntas quæ in Deo antecedit prævisionem operum solum est antecedens inefficax, hæc autem electio est efficax; ergo.

Præterea, voluntas reprobandi supponit demerita prævisa: ergo similiter electio prædestinatorum supponit merita prævisa.

Præterea, promissiones divinæ conditionatæ sunt, v.g. si servaveris mãdata, & perseveraveris in gratia: ergo etiam conditionata, & inefficax est voluntas antecedens merita visa.

Præterea, Deum eligere ante prævis. merita nec cõguit divinæ iustitiæ, nec divinæ bonitati, nec sollicitudini bonorum operũ prædestinatorum: ergo.

Præterea, ex tali electione efficaci tollitur efficacia meritorũ, si enim Deus ab æterno efficaciter elegit gratis Petrum ad gloria abs

absque previsione meritorum eius, & si non forent merita Petrus Gloriam consequetur.

Praeterea, quia illa electio efficax nō ponit aliquem effectum ad extra in collatione gloriae, quia datur per modum coronae dependentis à meritis.

Praeterea, alias superflu esset volūtas executiva nam illa 1 voluntas cum sit efficax post continuari & cōtinuata potest electionē mediorum causabit Gloriam ergo.

Praeterea, illa voluntas non fuit facta ad terminatū gradum Gloriae, alias homo posset in via pervenire ad gradum gratiae, & meriti vltra quem non posset crescere.

Praeterea, eodem modo Deus exequitur res in tempore quo disposuit eas ab aeterno, sed in tempore dat Gloriam ob merita. ergo.

Praeterea, istae duae voluntates sunt incomposibiles, & earum motiva, nam motivū correspondens primae voluntati est liberalitatis, alterum iustitiae: ergo.

Sed contra est autoritas D. Thom. 1. p. q. 23, art. 5. c. 6 de verit. à 2. Lect. 1. Ephes. 1 Lect. 2 Rom. 9 quem sequuntur Dur. Ægid. Erbaeus, Mairon. Basol. Greg. Capreol. Sot. Uriedo, Salmeron, Vellarmin. Suar. Curiel,

Ledesma, Alvarez. Caiet. Bannez. Zumel Nazar. Gonzalez, Granados, Cornejo.

Respondeo dicendum; in deo datur voluntas efficax conferendi gloriā electis, quæ antecedit prævisionem meritorum Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ioan. 15. *non vos me elegistis sed ego elegi vos,* Act. 13. *crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam,* Rom. 8. *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti* Timoth. 2 Ep. 2. *vocavit nos vocatione sancta sua, non secundum opera nostra:* Ephes. 1. *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati coram ipso,* Ephes. 1, *qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei per Iesum in quo sorte vocati sumus,* Rom. 9. *cum nondum nati essent, aut aliquid boni, vel mali egissent non ex operibus sed sed ex vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui,* Lege Aug. L. de bono perseverantiæ 9. de prædes. Sanct, cap. 15. L. de correptione & gra. cap. 14. & 7. Præterea, electio prædestinati ad 1. gratiam est antecedenter ad prævisionem meritorum ipsius, igitur & electio prædestinati ad gloriam est antecedenter ad prævisionem meritorum ipsius, præterea,

Christus D. prædestinatus est in gloriam corporis, licet talem gloriam no habuerit in tempore sine prævisione meritorum, & B. Virgo electa fuit in matrem Dei ante prævionem meritorum, licet hanc dignitatem non fuerit consecuta in tempore absquè merito: ergo in Deo datur voluntas, efficax circa prædestinatos antecedens prævisionem meritorum, licet in tempore consequantur gloriam meritis. Præterea, voluntas efficax mediorum efficacium debet provenire ex efficaci intentione finis, est causa voluntatis efficacium mediorum: ergo efficax est illa voluntas prior ex qua oritur voluntas mediorum, Pręterea, Deus directe volvit medium, vt efficax in pędestinatis, nam Deus tale medium eligit, & ipsum eligēdo confert beneficium speciale prædestinatis: ergo debet supponi voluntas efficax in Deo circa gloriã. Præterea, in Deo datur voluntas efficax per modum electionis dãdi prędestinatis media efficacia efficaciter conducētia ad finem gloriæ, si ergo electio est efficax etiam intentio præsuposita est efficax, cum talis intentio sit causa mediorum in prædestinatis. Præterea, prædestinatio est specialis providentia importans amorem speciale erga pędestinatos, hic autem amor est voluntas effi-

cax dandi gloriam, nam voluntas in efficax dandi gloriam ex quadũtaxat confert Deus auxilia sufficientia communis est prædestinatis & reprobis, & non spectat ad providentiá specialem quæ est prædestinatio, neque infert consecutionem certam & infallibilem gloriæ neque est specialis amor erga prædestinatos, neque infert specialia auxilia efficacia, quare amor erga prædestinatos est voluntas efficax & intentio efficax circa gloriam præsupposita ad media quibus prædestinatus consequuturus est Gloriam.

Ad primum ergo dicendum, testimonia S Scripturæ & S, S Patrum, quæ significant voluntatem efficacem Dei præsuponenere prævisionem meritorum intelligendam de remunerativa, & per modum executionis, non de voluntate gratuita.

Ad secundum dicendum, quòd cum illa efficax voluntas Dei sit decretum 1. causæ attingens substantiam & modum operationis non tollere libertatem prædestinatorum, sed potius adstruere.

Ad tertium dicendum, hanc voluntaté antecedentem prævisionem meritorũ præcedentem, quia merita in prædestinato esse spe . . . . . . gloriam, vt in eius collatione

tione relucent dona gratiæ, misericordiæ, & quæ Deus præparavit in honorem & gloriam esse diversam ab ea voluntate inefficaci qua Deus vult omnes homines salvos fieri, & ideò efficacem.

Ad quartum dicendum, quod Deus antecedenter ad prævisionem demeritorum ordine intentionis habet actu positivum efficacem quo vult excludere reprobos à beatitudine consideratá per modum beneficij, & si in executione eos damnet ex prævisis demeritis.

Ad quintum dicendum, quòd conditionata promissio est signũ conditionatæ vo- voluntatis, non autem indicat quod in Deo non sit alia absoluta & efficax voluntas.

Ad sextum dicendum, Deum eligere ante prævisa merita est consonum suæ gratiæ misericordiæ, & charitati, & etiam suæ iustitiæ, quia in executione datur gloria, vt corona & præmium meritorum, neque per hoc tollitur sollicitudo, & infertur occasio torporis quia in executione danda est gloria ob merita prædestinati.

Ad septimum dicendum, quod Deus non decrevit dare gloriam gratis, vt ly gratis, se tenet ex parte obiecti, & significatur per

hoc complexum gloria conferenda gratis, sed Deus gratis elegit, vt ly gratis se tenet ex parte actus, Deus gratis eligit, vt prædestinatis ob sua merita det gloriam.

Ad octavum dicendum, aliquod connotatum reperiri ad extra ex vi intentionis efficacis, quia ipsa posita iam gloria habet quod sit futura radicaliter, eo quod ex vi illis intentionis debeant poni omnes aliæ causæ primæ, & etiam quia gloria in executione licet detur, vt corona iustitiæ, ita datur vt corona iustitię, vt in sua radice fuerit misericordia, cuius 1. radix fuit illa voluntas efficax dādi gloriam & sic non datur gloria in execntione, sine respectu ad illam, 1. radicem.

Ad nonum dicendum, illam 1. voluntatem esse tantum efficacem ordine intentionis respicientem gloriam, vt intentam, & ita non superfluere, 2. voluntatem respicientem gloriam vt exequibilem.

Ad decimum dicendum, quod illa volūtas efficax fuit etiam ad determinatum gradū gloriæ, quia à Deo prędestinante per se intenta est diversitas gradum gloriæ pertinens ad bonum commune, quia gradus á Deo præscriptus est licet homo absolute; vt viator quatenus est ex natura gratiæ posit iustificari amplius

plius & ampliust

Ad decimum primum dicendum, quod Deus ab æterno elegit, v.g. Petrum gratis ad gloriam, vt in tempore consequatur gloriam ex meritis, non tamen elegit Petrum ex meritis.

Ad decimum secundum dicendum, sicut princeps proponens præmium pro victoria, ad ipsum quosdam determinatos homines admittit, & non alios, vt remuneret ipsorum merita, & voluntas principis est ante prævisa eorum merita licet in executione non nisi vincenti detur præmium ex iustitia, & sicut ille qui vult vẽdere librum vni amico potius quã alij, voluntas vendentis gratuita est, licet collatio libri non fiat nisi pro iusto pretio, & sicut parens qui desiderat filio episcopatũ ex hac intentione movetur, vt applicet ipsi media quibus dignus fiat vt possit promoveri ad episcopatum, pariter in Deo non sunt incompossibiles illæ voluntates, altera qua gratis (ly gratis se tenente ex parte actus) elegit prædestinatos ex sua charite, altera qua velit, vt prædestinati in exequutione gloriam consequantur ex meritis & quæ sit remunerativa præsuponens eorum merita, numerus prædestinatorum est certus, opera prædestinati fa-

cta ex viribus naturę, & antecedentia 1. effectum prędestinationis non sunt causa, ratio, vel occasio primi effectus prædestinationis, opera procedentia ex gratia, non sunt ratio, vel conditio prædestinationis, vnde Deus nullo modo respicit ad hæc opera tanquā ad causam rationem, vel conditionem, vt det auxilia gratię, & sic Deus non pręordinaavit dare, 1. effectum prædestinationis alicui, quia præsuivit illum bene vsurum ipsa vocatione 1, Christus D. meruit nostram prædestinationē, quia non solum est causa meritoria nostræ prædestinationis, sed etiā nostræ electionis præalijs, purus homo suis precibus non est causa meritoria omnium effectuum prædestinationis alterius, vnde de lege ordinaria supposito ordine decretorū Dei nullus homo purus potest impetrare suis precibus, vel causare totā prædestinationē alterius quo ad omnes effectus; oratio D. Stephani pro Paulo fuit ex efficaci intentione Dei convertendi Saulum, & salvandi ipsum profuit enim ad hunc effectum, vnde fuit effectus prædestinationis Pauli licet alias vt erat quid meritorium fuerit etiam effectus prædestinationis D. Stephani. certitudo ordinis & causalitatis divinæ prædestinationis ad vitam æternam medijs operibus

præ

prædestinatorum sumitur ex decreto absoluto & efficaci (ex se) Dei pręparante auxilia efficacia ad singula opera indepēdenter à præuisione futuri cōsēsus, libertas prędestinatorū & eorum actuum compatitur cum efficacia diuini decreti, Lege q. de voluntate Dei; nullus in hac vita certus potest esse de sua prædestinatione, vel reprobatione; ex aliquibus signis potest coniecturaliter colligi cum formidine tamen alterius partis, vt ex persecutione in hoc sęculo tolerantia laborum, infirmitate patienter tolerata, charitate, religione misericordia in pauperes, si homines comparentur inter se plures sunt reprobi quam prædestinati, loquendo de fidelibus qui fuere ante ad ventum Christi plures fuere reprobi quam prædestinati, loquendo de fidelibus Christianis plures sunt prędestinati quam reprobi, numerus electorum soli Deo est cognitus, prædestinatio quantum ad ipsam prçordinationem ęternam nō iuvatur precibus Sanctorum cæterū quantum ad effectus iuvatur præcibus Sanctorum,

ARTI

ARTICVLVS. X.

Vtrùm reprobatio sit actus positivus.

VIDETVR Quod non, reprobatio significatur in S. Scriptur. per terminos negativos in Oseæ 13. *perditio tua Israël ex te tantummodo ex me au. illum tuum*, in Ezechiele, *numquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & non vt convertatur à vijs suis, & vivat, vivo ego dicit Dominus nolo mortem peccatoris, sed vt magis convertatur & vivat*, Mathe. 18. *Non est volu**n**tas Dei vt pereat vnus ex his pusillis.*

Præterea, reprobatio est exclusio à regno, sed in illo signo quo Deus elegit prædestinatos ad gloriam reliqui non electi intelliguntur reprobi: ergo in negatione consistit reprobatio,

Præterea, penes hoc quod Deus negative se habeat efficitur homo reprobus, quia non intelligitur, vt prædestinatus, & inter hoc quod est esse prædestinatum & reprobum nó

datur medium: ergo.

Præterea, reprobatio positiva repugnat cum illa voluntate qua Deus vult omnes homines positive salvos fieri: ergo.

Sed contra est, quia sicut non datur prædestinaito consistens totaliter nec partialiter in negatione, pariter nec datur reprobatio quæ consistat in negatione totaliter vel partialiter, nam tam prædestinaito quam reprobatio sunt partes obiectivæ non subiectivæ providentiæ.

Respõdeo dicendum, reprobationem divinam non esse puram negationem, neque constitutam ex negatione & actu positivo, sed actum positivum, nam est pars obiectiva providentiæ, providentia autem est actus positivus. Præterea, quia post illud signum rationis in quo prædestinati intelliguntur electi à Deo potest Deus in alio signo eligere alios ad gloriam; quare ex vi non electionis, non manebant reprobi. Prçterea, quia alias talis reprobatio eodem modo respiceret reprobos quam homines possibiles, si quidem possibiles non eliguntur.

Ad primum ergo dicendum, ex S. Scriptur. solum colligi quod punitio & æterna mors hominum non est de primaria intentione

tione Dei, quia Deus quantum est ex se, *vult omnes homines salvos fieri*, tamen aliò signo efficaciter vult punitio(n)em hominum ob ostensionem suæ misericordiæ erga prædestinatos, & suæ iustitiæ erga reprobus.

Ad secundum dicendum, quod præ illo signo ex vi præcisa solius electionis prædestinatorũ, Iudas neque intelligitur electus ad gloriam, neque efficaciter exclusus, solum intelligitur, vt nõ dum electus negatiue, quare vt sit efficaciter reprobus requiritur actus positivus quo reprobetur.

Ad tertium dicendum, quod Deus iuxta diversas considerationes vult hominibus bonitatem beatitudinis secundum se quatenus vult salutem omnibus considerando istem hominem, vt partem vniversi secundùm, quod in eo ostẽdẽda est defectabilitas naturæ & iustitia positiva, iuxta, hanc rationẽ vult Deus illum deficere, ipsumquè excludere à gloria, in casu, quo Deus non haberet actum positiuum, quo vellet aliquos reprobare ipsi non manent formaliter reprobi, sed solum nõ electi.

ARTICVLVS.XI.

Vtrum reprobatio antecedat demerita prævisa reproborum.

VIDETVR Quod sic, istæ duæ voluntates, nempe negare gloriam per modum beneficij indebiti antecedenter ad prævisionem de meritorum, & negare illam post prævisa demerita repugnant, quia denegare alicui beneficium per modum beneficij in debiti est denegare illud nō ex demeritis, & denegatio ipsius beneficij per modum pænæ: ergo.

Præterea, supposito quòd homo constituatur in natura elevata, quodammodo debet Deus conferre beatitudinem ipsi nisi per hominem steterit ratione suæ culpæ: ergo.

Præterea, reprobatio est odium, *odio sunt Deo impius & eius, impietas* sed odium supponit culpam prævisam: ergo.

Præterea, ità reprobare non decet divinam bonitatem, misericordiam, paterna Dei

viſcera, voluntatem, qua vult, *omnes ſalvos fieri*: ergo.

Præterea, reprobatio eſt actus iuſtitiæ punitivæ, hæc ſupponit præviſã culpã: ergo.

Sed contra eſt authoritas D. Thom. 3. contra gent. capit. 161. & ad Rom. 9, Lect. 3. 1. p. q. 23. art, 3.

Reſpondeo dicendum, reprobatio quo ad voluntatem excludendi à gloria per modũ beneficij in debiti antecedit præviſionẽ peccati reproborum; quia denegatio beneficij in debiti pro vt talis eſt non fit ſub hac formali ratione ob demerita eius cui denegatur, alias illa denegatio non haberet puram rationẽ negationis in debiti, ſed etiam rationẽ pænæ, quare excluſio à regno beatitudinis conſiderata ordine intentionis, vt dicit præciſe denegationem beatitudinis per modum beneficij indebiti, non fit dependenter à præviſione demeritorum, neque ex parte reprobi datur ratio prior in ratione demeriti præviſa; Rom. 9. *antequam boni vel mali quid egiſſet. Iacob dilexi, Eſau odio habui, cuius vult miſeretur. & quem vult indurat. ó homo tu quiſes qui reſpõdeas Deo altitudo divitiarum* &c. *non habet poteſtatem figulus ex eadem maſſa aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam facere?*

Ad

Ad primum ergo dicendum; quod aliquid denegetur per modum beneficij in debiti non tollit quod simul denegetur alio titulo nempe ob demerita, & per modum pœnæ.

Ad secundum dicendum, ex hoc quod Deus elevaverit omnes homines ad beatitudinem supernaturalē, nō ex hoc constituitur debitor perducendi homines ad beatitudinem, vnde Deus potuit ante prævisionem peccatorum denegare aliquibus in particulari eam, vt ostendat suam misericordiam erga electos, & potentiam & dominium, ratione cuius non debeat beatitudinem in particulari.

Ad tertium dicendum, odium prout importat inflictionem mali & pœnæ supponit prævisionem culpæ, at prout dicit denegationem gloriæ nulli in particulari debitæ non eá supponit.

Ad quartum dicendum, quod non decet divinam bonitatem, vt deneget dona indebita quoties voluerit ea denegare, neque illa exclusio est per modum pœnæ, sed tantum per modum beneficij in debiti, taliter, vt pro alio signo Deus velit pœnam & ostendat suā iustitiam ob prævisam culpam.

Ad quintum dicendum, quod hic ac-

tus quo Deus denegat gloriam permodum beneficij in debiti pertinet ad dominium Dei qui nulli debet gloriam. Voluntas qua Deus intendit infligere pænam æternam supponit prævisionem peccati in reprobis, & per perseverantiæ finalis in ipso. Permisio peccati actualis etiam primi propter quod damnatur reprobus est effectus reprobationis positivæ ipsius, etiam sunt effectus reprobationis in duratio, excæcatio, aggravatio in peccato ob quod reprobus damnatur; permissio peccati originalis neque in electis neque in reprobis qui propter ipsum damnantur non est effectus prædestinationis, sed alterius providentiæ distinctę. Attenta, & considerata reprobatione comparativæ, nulla datur causa extrinseca divinę voluntatis, ex parte reproborum qui damnantur propter peccata actualia. Nullum peccatum actuale fuit causa reprobationis ipsorum. Peccatum originale non fuit causa reprobationis ijs quibus in hac vita remissum. Peccatum originale respectu eorum reproborum quibus non est remissum cum effectu est causa in hoc sensu quatenus fuit assumptum à divina voluntate, vt motivum ad repro

bandos illos homines quibus in hac vita, non erat remittendum, de hac materia præ destinationis divinæ legendi, Div. Thom. 1. par. quæst. 23. Caiet Bannez, Zumel, Nazar, Gon zalez.

LAVS DEO.

olvida de este Titulo en una cierta ocasion: Tunc (69) *Herodes, videns.* Pues que motivo pudo quitar la Corona esclarecida, à quien ciñò una Diadema, altamente sublimada? Creo, fue la causa, que lo pudo motivar, la accion, que queria referir. Hablò entonces Herodes (70) con simulada intencion à los Magos transitantes à Bethelèm: y no se compone con la justificacion de un Monarcha esclarecido la indignidad depravada de un mentir tan simulado.

(69) Ib. n. 16.

(70) Ibid. n. 8.

54. Siempre huyò nuestro Phelipe esta execrable maldad. Se apartò de la injusticia de la

impìa

pre estuvo mui airado; y con los astutos perezo-lo, y detenido. Con las felicidades usaba de la templanza; y con las adversidades practicaba la paciencia. Las molestias del Gobierno las supo siempre sufrir, con los enemigos se sabia moderar: con los quexosos fuè compuesto: con los engañosos cauto: con las mercedes liberal: con ninguno usò esquivèz. Era amigo de las virtudes, y enemigo de falsedades. Pidieronle, que dixera una mentira en una cierta ocasion, y respondiò, que dexaria primero el Reyno, que abrazar la falsedad: porque faltaran à su Corona los explendores lucientes, si empleara su conducta en ficciones semejantes.

(68) 22. Tres veces nombra à Herodes (28) al